VETERUM MEDICORUM CHIRURGICA QUAEDAM ANTEHAC...

Soranus, Antonio Cocchi, Oribasius, Angelo Maria D'Elci

VETERVM
MEDICORVM
CHIRVRGICA
QVAEDAM ANTEHAC DESIDERATA
GRAECA ET LATINA

II

GRAECORVM

CHIRVRGICI LIBRI

SORANI

VNVS DE FRACTVRARVM SIGNIS

ORIBASII

DVO DE FRACTIS ET DE LVXATIS

E COLLECTIONE

NICETAE

AB ANTIQVISSIMO ET OPTIMO CODICE

FLORENTINO

DESCRIPTI CONVERSI ATQVE EDITI

AB ANTONIO COCCHIO

ANATOMES PROFESSORE PVBLICO

ET ANTIQVARIO

CAESARIS

FLORENTIAE ANNO MDCCLIV.

EX TYPOGRAPHIO IMPERIALI

PRAESIDVM PERMISSV.

IMPERATORI CAESARI
FRANCISCO
DVCI LOTHARINGIAE
MAGNO DVCI ETRVRIAE
AVGVSTO PIO FELICI.

ANTONIVS COCCHIVS

MEDICVS FLORENTINVS

ANTIQVAS de re chirurgica Graecorum reliquias offero tibi CAESAR AVGVSTE e celeberrima tua bibliotheca Laurentiana depromptas, quas iamdiu a doctis efflagitatas, atque a nonnullis antea nequidquam tentatas, tuo

tuo permiſsu tuaque munificentia bono otio abundans adornare ad uſus publicos ac proferre tandem aliquando potui.

Cumque hos ipſos veterum libellos de praeſtantiſſima medicinae parte, regum et imperatorum iuſſu conſcriptos, vel iis dedicatos fuiſſe viderim, auſus ſum novam hanc eorundem editionem AVGVSTO TVO NOMINI conſecrare: Debetur enim tibi quodcunque hoc munuſculi eſt e nobiliſſima tua omnis eruditionis ſupellectile erutum, a famulo tuo multis beneficiis tibi devincto, et cui ſtudia rei anatomicae et chirurgicae, in celebri hoc tuo Florentino gymnaſio pro viribus excitare mandaſti.

Neque ingratum id TVAE MAIESTATI futurum eſſe confido, quod cum bonarum omnium rerum fautor maximus atque adiutor ſis, tum raro ac mirabili exemplo ipſe inter regni negotia, in ſcientia naturae, et diligenti contemplatione corporum omnis generis undique conquiſitorum, relaxationem et oblectamentum quaeras, ac noſtrae praeſertim artis ſalutaris auxilia tibi curae eſſe oſtenderis,

bal-

balneis Piſanis ſplendide inſtauratis, ampliſſimique huius urbis publici valetudinarii aedibus, inſtrumento, penu, pecunia, adminiſtratione, diſciplina, ſcholis, et operibus optime ac ſapientiſſime conſtitutis.

Quae quidem ſingularis de re non exigui momenti ſolicitudo, ab eadem oritur eximia magnificentia, qua res imperii maximas ſumma cum pietate, abſtinentia, manſuetudine, providenter adminiſtras, ETRVRIAM que tuam uſque pergis virtute tueri, opibus et commerciis augere, atque novis aedificiis viiſque munitis latioribus ac planioribus ornatam, moribus etiam et inſtitutis et legibus ſanctioribus emendare.

TE igitur obſecro OPTIME IMPERATOR librum hunc benigne accipias, et me devotum numini maieſtatique tuae clementer tuteris, tuoque favore adnuas inceptis quibuſdam a me praeterea operibus, quorum eſt et deſcriptio numiſmatum locupletiſſimi atque omnium ſermone celebrati theſauri tui Florentini, cuius me cuſtodem eſse voluiſti. Sunt ibi quamplurima praeclara Graecis literis

in-

inſcripta, ad veterem hiſtoriam, variamque eruditionem apprime iuvantia, cum praeſertim noviſsima inſignis acceſſio a te adiuncta fuerit, non modo recentibus quibuſdam ſelectis nummis a Germania miſſis, ſed multis quoque vetuſtis iiſque rarioribus, aureis, argenteis, aereis, regum et populorum, tum liberorum tum Romano imperio parentium, ex Africa nuper tuo iuſſu coemptis et in eandem gazam collatis.

DEVS te ſoſpitem incolumemque praeſtet publicum patrem ad aeternitatem imperii, atque ad ETRVRIAE tuae ſalutem et felicitatem.

FLORENTIAE Calendis Maiis MDCCLIIII.

ANTONII COCCHII

DE VETERVM CHIRVRGORVM SCRIPTIS A SE EDITIS

PRAEFATIO.

MEDICINAE partem quae manu curat apud omnes gentes ſemper fuiſſe credibile eſt, verumtamen apud Graecos multo magis quam in ceteris nationibus excultam ſcimus, ex quo ſapientia univerſa, et praecipue rerum naturae contemplatio, utiliumque artium ſtudia ab illis agitari coepere, et adeo proba inventa literis mandari, ut noſtris quoque temporibus ipſi vetuſtiſſimi ac longe optimi auctores omnis humanitatis habeantur.

Nonnulla de rebus chirurgicis ſcripta ab illo medicinae parente HIPPOCRATE ad nos pervenere, poſteaque diſciplinam admodum increviſſe conſentaneum eſt, a multis ſcilicet egregiis viris luculenter traditam, et per quingentos aut amplius annos in opulentis populis, celeberrimiſque gymnaſiis tractatam ſub locupletiſſimis et plerumque eruditis regibus Macedoniae, Syriae, atque Aegypti, et Romanis imperatoribus uſque ad ANTONINVM, quibuſdam in melius mutatis fere perfectam fuiſse. Sed nobis infeliciter uſu venit, ut illa Graeca volumina quibus tota ars chirurgica diligentiſſime comprehenſa fuerat, et quae plurima fuiſſe ex CELSO aliiſque novimus, omnia funditus perierint.

Cum enim deinde naturalis ac ſolidioris doctrinae voluptas in orbe Romano, quo omnis quoque Graecia continebatur, ab ingeniis eruditorum hominum pene migraſſet ad Aſiaticam loquacitatem, et ad vana plerunque et ſpinoſa atque ex trivio arrepta argumenta, maximo quoque medicinae damno de alienis ſcriptis recte iudicandi facultas interiit. Quo factum fuit ut GALENVS, qui tamen doctiſſimus fortaſſe Graecorum ſuae aetatis fuit, in veteres fere omnes non mediocres viros, qui poſt HIPPOCRATEM ei praeiverunt, paulo iniquiorem ſe oſtenderit, et qui ſecuti ſunt illo uno contenti, reliquos fere neglexerint. Quare et legi et deſcribi rarius illorum libri coepere, et qui per ſaecularia quaedam intervalla arte et facundia praeſtabant, nihil de certis propriiſque experimentis promere, ſed collectiones facere, a GALENO plurima repetentes, ab aliis vetuſtioribus ac melioribus perpauca excerpere conſueverunt.

Huiuſmodi antiquiſſima fuit ORIBASII collectio facta paulo poſt me-

medium Christianum saeculum quartum iussu imperatoris IVLIANI, cuius insuper acri iudicio et eximiae eruditioni debemus, quod placitis GALENI, quibus solis ORIBASIVS contentus fuerat, aliorum quoque illustrium medicorm praecepta adiicerentur, ut ipse in illius operis dedicatione testatur. Similes deinde medicae collectiones consecutae sunt extremo saeculo quinto AETII, sexto vero ALEXANDRI, cuius chirurgica periere, ac septimo PAVLI, in quibus omnibus posterior quisque pleraque a prioribus exscripsit.

Duorum insequentium saeculorum octavi et noni nulli fuisse videntur magni nominis libri medicinales e multis multorum dictis compositi, vel propter nimium afflictas Graecorum res, vel quod omnes infuscaverat infelicissimis illis temporibus summa rerum naturae ignoratio atque barbaries. Decimi saeculi vel undecimi putatur esse quae NONI nomine fertur praeceptionum medicarum epitome CONSTANTINO imperatori dicata, cuius iussu conscripta dicitur. In ea perpauca occurrunt chirurgiam spectantia, cum totus praeterea liber exigui momenti sit, et e trium superiorum sententiis verbisque, suppresso tamen nomine, coagmentatus.

Sed longe nobilior NICETAE collectio, eaque tota chirurgica fuit, quae undecimo saeculo exeunte vel sequentis initio prodiit, et cuius nunc praecipuam partem edere decrevi, ab antiquo celebrato splendidoque libro descriptam. Is in bibliotheca nobilissima FRANCISCI CAESARIS AVGVSTI domini nostri quae Florentiae est ad aedem D. LAVRENTII, pluteo LXXIV. loco VII. servatur. Ianus LASCARIS iam Constantinopoli a se Florentiam advectum, turbatum et alicubi temporum iniuria depravatum, in eam quam nunc habet formam restituit, iussu CLEMENTIS VII. PONT. MAX. qui bibliothecam illam ad ornamentum patriae ac civium suorum utilitatem anno MDXXXII. dedicaverat. Huius rei testem habeo Ferdinandum BALAMIVM in epistola ad PAVLVM III. P. M qua GALENI libellum de ossibus ei dicat a se CLEMENTIS iussu ex illo vetusto codice Florentino conversum.

Scripturae forma nitida rotunda, mendis scatens, apicibus notisque raris, ac plerunque perperam collocatis male interpuncta, ipse literarum ac membranarum color evanidus ac flavescens, picturaeque rudes et languidae, intelligentibus indicia sunt aetatis ad saeculi undecimi finem vel duodecimi initium referendae.

Epigrammata vero in laudem NICETAE collectoris apposita, et interpretamenta quaedam margini adiecta, cum eandem aetatem praeferant, alia tamen manu, et emendatissime scripta sint, tum ipsius codicis amplitudo et elegantia, et picturae, et plagularum limbi an-

antiquitus inaurati, aliaeque huiusmodi notae ac vestigia, archetypum fuisse librum indicare videntur, et in instrumento ac supellectili principis alicuius viri aut collegii numeratum.

Neque absurdum fortasse quis putaverit suspicari hunc olim fuisse in bibliotheca celeberrimi illius *Orphanotrophii* ab ALEXIO imperatore extremo saeculo undecimo vel duodecimo ineunte Constantinopoli magnificentissime extructo aut instaurato, in quo non modo pueri paterno praesidio carentes alebantur, sed et pauperum diversoria erant, et hominum debilium et morbis aut vulneribus et iniuriis quibuscunque labefactorum vel mutilorum receptus, et ludi quoque literarii, ut neque libros illic neque medicorum scholas defuisse credibile sit, ubi tot corpora medicinae auxilio indigentia curabantur, quod egregium factum ANNA ipsius imperatoris filia philosophiae et eloquentiae studiis, omnibusque artibus erudita, historiae suae *Alexiadis* libro XV. explicate enarravit.

Sunt quidem in codicis extrema pagina literae quaedam intricato continuoque ductu exaratae quae ad *Nosocomium* aliquod eum attinuisse demonstrent. Sed cum eiusdem plane aetatis cum reliqua scriptura eae literae censendae non videantur, neque illi ALEXII *Orphanotrophio* nosocomii nomen unquam fuisse sciamus, etsi eo aegroti omnis generis reciperentur, arbitrari potius licet librum ea quidem aetate scriptum, sed postea alii cuidam publico valetudinario adquisitum, quale occurrit celebre illud quadraginta martyrum, quod ISACIVS imperator extremo saeculo duodecimo Constantinopoli condidit. Verumtamen hoc nihil obstat quo minus firma coniectura nostra maneat collectionem hanc veterum chirurgorum post medium saeculum undecimum factam fuisse, vel sub imperatore CONSTANTINO Duca, aut MICHAELE eius filio, vel sub eodem ALEXIO Comneno, quibus temporibus NICETAS quidam clarus imperatoris medicus in epistolis THEOPHYLACTI scriptoris aequalis memoratur. Comprobare id videntur et primi epigrammatis iambi, qui a viro quopiam auctoritate praedito scripti apparent, ut non male ad aliquem illorum principum referantur, quos versus quoque facere in deliciis habuisse constat.

Quae quidem NICETAE collectio ab aliis medicinae partibus diducta, iisque tantummodo selectis constans, quae ad curationes quae manu fiunt, et ad ossa praecipue pertinent, omnium huius generis quae adhuc innotuere vetustissima, ex octo hisce illustrium scriptorum libellis inordinate positis conflata est.

I. HIPPOCRATIS insunt *De officina medici*, *De fractis*, *De articulis*, *De vulneribus capitis*, inerantque et *Vectiarius* et *De* os-

ossium natura antequam viginti membranae eo loco e codice nostro intercidissent.

II. APOLLONII Citiensis ad regem Cypri PTOLEMAEUM *Commentarii* tres in librum HIPPOCRATIS *De articulis*. Cum picturis.

III. SORANI Ephesii *De fasciis* cum picturis, et *De fracturarum signis*.

IV. RUFI Ephesii *De partium corporis humani appellationibus*, *et de ossibus*.

V. GALENI *De fractis*, nempe libri VI. Methodi *caput* V. *et* VI. *De ossibus*, *De fasciis* HIPPOCRATIS, DIOCLIS, GLAUCIAE, PERIGENIS, MOLPIABAE, AMYNTAE, MENECRATIS, SOSTRATI, APOLLONII *iunioris*, APOLLONII *Feri*. *In* HIPPOCRATIS *librum De articulis commentarii quatuor*.

VI. ORIBASII *De laqueis ex* HERACLA, qui liber hoc ipso codice indicatur quadragesimus tertius fuisse magnae illius collectionis septuaginta librorum ad imperatorem IULIANUM. *De fasciis ex* GALENO *et* HELIODORO, qui quadragesimus quartus. *De machinamentis ex* GALENO *et* HELIODORO, NILEI, NYMPHODORI, APELLIDIS, ARCHIMEDIS, RUFI, HIPPOCRATIS, quadragesimus quintus. *De fracturis* quadragesimus sextus *ex* GALENO, HELIODORO, ARHIGENE, ANTYLLO. *De luxatis* quadragesimus septimus *ex* GALENO, ASCLEPIADE, ARCHIGENE, HELIODORO.

VII. PAULI Aeginetae *De fracturis*, e libro scilicet VI. operis de universa medicina capita XXXIV. ab LXXXIX. ad CXXII.

VIII. PALLADII *Interpretamenta in librum* HIPPOCRATIS *de fractis*.

Neque solum hoc nostrum NICETAE exemplar e Graeciae ruinis superfuisse opinor, cum et aliorum factam aliquam mentionem inveniam. Laudatur praecipue Graecum volumen FRANCISCI regis Francorum dono ei Roma missum a cardinali RODULFIO Florentino, quod *unicum in eius bibliotheca legebatur* ut scribit VIDIUS in Chirurgia edita Parisiis anno MDXLIV. Gabriel FALLOPPIUS idem exemplar, quod fortasse viderat Parisiis, indicavit capite V. commentarii sui in HIPPOCRATIS librum de vulneribus capitis, codicem Graecum memorans Cardinalis Florentini, *quem donavit Gallorum* REGI *maiusculis literis manuscriptum*. Cuiusmodi codex ille fuerit me latet, et an per omnia ad nostrum responderit, eundem enim fuisse suspicari nequeo, sed mirum fortasse videri poterit non VIDIUM neque alios protulisse no-

nomen collectoris NICETAE, neque inter ibi delitescentes libros indicavisse APOLLONII Citiensis commentarium in HIPPOCRATIS articulos, et ORIBASII magnae collectionis duos illos non levis momenti de fractis et loco motis ossibus, qui iamdiu deperditi putabantur.

An vero ulli postea scriptori codex hic noster memoratus fuerit nondum comperi, sed a medio fere saeculo XVII. cum Lucas HOLSTENIVS Florentiae advena breves quasdam animadversiones in codices praestantiores bibliothecae Laurentianae conscripsisset, in quibus magnis laudibus librum hunc chirurgicum extulit, et collectoris NICETAE nomen elicuit, eoque clarorum aliquot medicorum opuscula desiderata eo contineri indicasset, crevit deinde ipsius apud eruditos aestimatio, postea quam praesertim Casparus BARTHOLINVS anno MDCLXXVII. scribens de tibiis veterum libro III. cap. III. iudicium illud HOLSTENII, acceptum ut videtur a MAGLIABECHIO, iisdem omnino verbis, tacito tamen nomine publicasset, et insequenti anno Iacobus SPONIVS in itinerario suo, ubi de Florentia loquitur, mira quaedam de hoc codice praedicasset, unicum in tota Europa, magnumque thesaurum vocans, et scripta quaedam continere autumans quae revera non habet. Decennio post, Iacobum TOLLIVM de ea collectione e nostro codice describenda atque edenda consilium cepisse aiunt, et magnam eius operis spem omnibus iniecisse, quae quidem illico evanuit, sed haesit doctorum animis bona eius incepti opinio, et levis quaedam cupiditas, ut id ab aliquo demum perficeretur.

Memini saepius id ab Antoniomaria SALVINIO, Philippo BONARROTIO, et Scipione MAFFEIO viris optimis atque doctissimis me ad studium laudis cohortantibus audivisse, et cum iam animum ad medicinam appulissem, quae tota Graeca est, Graecorum de ea libros mihi tum cognoscendos putavi, adeoque non modo pervulgatos et impressos, sed scriptos et reconditos perquirens, huius ipsius codicis chirurgici primas paginas, quibus enumeratio capitum et collectoris laudes continentur exscripsi, mense Aprili MDCCXXII. Continuo intellexi quaedam inde haberi posse prorsus inedita, aliorumque iam Latine tantummodo editorum Graecum contextum, ac demum eorum quae tum Graece tum Latine iamdiu vulgata sunt, emendationes fortasse nonnullas et interpretamenta, a notationibus antiquis quibusdam non malis margini adscriptis.

Deprehendi igitur primi ordinis, nondum scilicet vulgata, esse a tribus duntaxat scriptoribus, nempe antiquior est APOLLONII Citiensis commentarius in HIPPOCRATIS librum de articulis, cuius

no-

notissima verba referuntur, ut non maxima certe libri pars, sit ipsa interpretatio, deinde SORANI libellus brevior de signis fracturarum, ac postremo duo longiores ORIBASII libri de ossibus fractis atque prolapsis. Alterius vero ordinis quorum Graeca nativa verba desiderantur, duo sunt eiusdem ORIBASII libri de laqueis et de machinamentis, quos VIDIVS a se Latine versos primus edidit Parisiis anno MDXLIV. e codice illo regio huic nostro simili depromptos, ac deinde CHARTERIVS ibidem anno MDCLXXIX. in magnifica illa operum HIPPOCRATIS, et GALENI editione comparatis undique Graecis exemplaribus adornata Graeco pariter contextu carentes iterum exhibuit, unde fortasse quis coniectare audeat codicem illum quo VIDIVS usus fuerat a regia tunc bibliotheca absfuisse. Tertii denique ordinis sunt quae quamvis saepe a viris doctis edita, emendari tamen locis aliquot possunt, huius codicis auxilio, HIPPOCRATIS officina, fracturae, articuli, vulnera capitis, SORANI fasciae, RVFI appellationes partium, GALENI methodi particulae de fractis, et ossa, et fasciae, ORIBASII fasciae, PAVLI fracta, PALLADII scholia in HIPPOCRATIS fracturas. Constat enim saepe repetito experimento, vetustissimi cuiusque exemplaris auctoritatem, ad veram scripturam indagandam plus plerunque valere quam acuti quantum libet ingenii coniecturam.

Cum igitur evanescere magnifica illa nomina viderem, quorum revera non nisi paucas disiectasque particulas ORIBASIVS in duos illos libros coniecit, aliquandiu cessavi, atque interea iter ad Gallos et Britannos Batavosque suscepi, ut mihi paulo plus artis adiicerem. Doctorum hominum plerique quos convenire mihi obtigit, ac de veterum libris ut iis mos est iucunde disserentes audire, auctores mihi fuere, ut in incepto permanerem, maximeque omnium Londini MEADIVS ac Leidae BOERHAAVIVS.

A reditu ubi primum per alia negotia potui quam celerrime a die XXVI. Iunii ad XXIII. Septembris eiusdem anni MDCCXXVII. descripsi folia codicis CXXII. quibus omnia nondum quod sciam vulgata continentur, in Britanniam enim iterum cogitabam. Sed cum res tulerit ut Florentiae manerem, pluteum iussi schedas illas servare, editioni quippe obsuit tum difficultas nummaria, tum metus ne nimis haec ieiuna et inutilia plerisque viderentur.

Sed anno demum MDCCXLIX. idem Richardus MEADIVS vir doctrina et humanitate clarissimus epistolis de hac re saepe datis, et sollicitationibus amicorum pervicit ut opus adgrederer et ut suam alio-

aliorumque opem ad sumptum postularem, persuadente praesertim viro literatissimo Antonio ASKEVIO, qui tum Graecia perlustrata Britanniam suam repetens apud nos dies aliquot restitit. Vnde factum est ut etsi postmodum extenuari meam spem viderem, omnibus tamen viribus incumberem, ut iis qui mihi se benignos facilesque praebuerant omnino non deessem.

Nunc igitur edere decrevi totius collectionis NICETAE prospectum, et SORANI libellum de signis fracturarum, duosque ORIBASII libros de fracturis, et de motis articulis, omnia Graece ac Latine, notationibus ornata, atque insuper aucta CELSI libri VIII. eiusdem argumenti, collati cum vetusto codice Florentino varietatibus scripturae, et specimine reliquarum partium alias edendarum.

Qua quidem in re si qua laus incepto debetur ea tota erit ipsius MEADII qui eo me pene nolentem perduxit. Sed vehementer me dolet haec illi maturius exhibere non potuisse, quae nunc saltem inter alia monumenta extare gratus exopto, quibus egregii viri nuper extincti beneficentiae in literas et studia quaeque praestantiora memoria ac fama celebretur. Aequos autem rerum aestimatores non succensuros mihi esse confido, si nulla hic nova et praeclara artis inventa, aut mirabilia facta, aut eloquentiae lumina reperiant. Sunt tamen nonnulla quae Graeci sermonis fines propagant, quae historiam medicinae, et excellentium artificum notitiam augent, tum quae ad vitia quaedam corporis obscuriora dignoscenda opitulantur, et sunt hic certa ac selecta, non vana non barbara magisteria ad iniurias quae ossibus accidunt amovendas.

Quod vero ab ingenii mei exigua vena est, id a bonis lenitatem saltem merebitur, nisi gratiam habere velint, facinus enim non omnino voluntarium fuit, multaque obstiterunt ne hoc qualecumque opus paulo nitidius et enucleatius et promptius perficeretur. In quibus et ipsa difficultas aliquando fuit interpretandi sententias quae mendosissime scriptae in magnifico illo codice occurrunt, ut BALAMIVS iampridem animadverterat, cum librarius qui literas illas eleganter efformavit, plerunque se prodat veteris Graeci sermonis adeo imperitum, ut vel hinc post rectam illius structuram vulgo deperditam concinnatus ille liber appareat. Res certe chirurgicas perpaulum novisse videtur, ut qui alicubi pro ΧΕΙΡΟΥΡΓΟΙΣ monstrose scripserit ΚΗΡΘΡΑΓΟΙϹ.

Quae quidem nimia et creberrima verae scripturae depravatio aliis fortasse caussis accessit, quamobrem tot medici, ut ceteros praeteream, qui cum peritissimi Graecarum literarum fuerint et celebrem hunc codicem attrectaverint, totum tamen per-

percenſere atque inde plauſibilia quaeque exſcribere adhuc neglexerint.

Quod ſi haec noſtra docti probique homines aequo animo faventes excipiant, ſpes eſt non modo reliqua eruenda ex eadem collectione poſthac de integro promere, ſed alia quoque eiuſdem generis, ac fortaſſe gratiora e vetuſtis itidem membranis cum talium deliciarum cupidis communicare. Commodiſsime enim haec fieri poterunt, cum praeſertim hoc tempore bona omnia ſtudia utileſque artes Florentiae alat ac foveat vir nobilis et ampliſſimus COMES EMMANVEL RICHECOVRTIVS, qui dum ſumma auctoritate ab OPTIMO IMPERATORE FRANCISCO CAESARE AVGVSTO Etruſcos populos regit mira iuſtitia facilitate prudentia, ſimul et mores ſuaviores exhibet, atque otia muſis amica atris curis exempta ſapientiae cultoribus parat.

Sunt mihi praeterea iamdiu confectae veterum codicum omnium ad medicinam pertinentium eiuſdem Laurentianae bibliothecae deſcriptiones, cum cuiuſque ſpecimine aliquo et ſcripturae ab impreſsis varietate. Quae quidem omnia colligere mihi iucundiſsimum a neceſſariis occupationibus vacanti negotium ſemper fuit, adiuvante maxime eximia comitate Cl. V. Antoniimariae BISCIONII eiuſdem bibliothecae Caeſarei praefecti, et illius eccleſiae canonici, et nuper quoque perhumaniter libereque me quandocunque libuit adire in auguſtum illud muſarum penetrale admittente eius vicario eiuſdemque collegii ſacerdote Cyrillo MARTINIO iuvene Latinis Graeciſque literis et criticae cognitione librariaeque antiquitatis uſu mirabiliter inſtructo. Nec defuit mihi ſedula Raimundi filii mei opera optimae ſpei adoleſcentis, cui vetuſta utriuſque linguae exemplaria verſare, et cum vulgatis conferre iam nunc voluptas eſt, ad longae artis diſciplinam prout noſtrae vires tulerunt non indiligenter inſtituto.

Sed et gratum me hic profiteri publice decet illuſtri viro Horatio MANNIO a Rege magnae Britanniae ad CAESAREM miſſo Florentiae reſidenti, qui cum me ſibi medicum et amicum eſſe non dedignetur, ſuaviſſima atque humaniſsima ſua conſuetudine ac liberalitate effecit, ut me tollere humo, et ſtudia ſapientiae colere, dulcique patria frui facillime poſſem, adeoque et hoc quidquid operis eſt elaborare.

INDEX CAPITVM

De

Ν Ι Κ Η Τ Ο Υ

ΣΥΛΛΟΓΗ ΤΗΣ ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΚΗΣ ΤΕΧΝΗΣ
ΕΚ ΠΟΛΛΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΙΑΤΡΩΝ

N I C E T A E

COLLECTIO ARTIS CHIRVRGICAE
E PLVRIVM VETERVM
MEDICORVM LIBRIS

*CVIVS QVAE NONDVM EDITA ET PRAESTANTIORA
VISA SVNT*

EXSCRIPSIT

EX MEMBRANIS

MEDICEIS FLORENTINIS

ET INTERPRETATVS EST

A. COCCHIVS MVCELLANVS

HAEC SVNT IN HOC LIBRO [1]

XXX

(1) Codex est membraneus magnus in bibliotheca MEDICEA Florentina ad aedem D Laurentii plut. LXXIV n. VII, foliis constans CCCCV, literis colligatis rotundis concinnis scriptus saeculo ut videtur Christi XI, cum picturis coloratis & alicubi auro illitis non prorsus inelegantibus.

(2) Quae hic recensentur HIPPOCRATIS chirurgica prodiere in omnium ipsius operum editione Latina M. Fabii CALVI Romae anno MDXXV. quem librum non vidisse videtur FABRICIVS cum ait *Bibl Gr vol I. p.* 858. *Calvum convertisse Hippocratem circa annum* 1530. *licet editum demum Romae anno* 1549. In meo certe illius editionis exemplari integerrimo leguntur haec ad calcem impressa maioribus literis *M. Fabius Calvus Rhavennas cum caeteris Hippocratis voluminibus Romae*

ver

ΤΑΔΕ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ͂ΔΕ ΤΗ͂ ΒΙΒΛΩ͂

vertebat XIX Calen. Septemb. millesimo quingentesimo ac insuper quinto & decimo, & in omnium postrema pagina *Romae ex aedibus Francisci Minitii Calvi Novocomensis anno a partu virginis MDXXV* Deinde prodiere in editione Graeca quam primus fecit ALDVS Venetiis insequenti anno MDXXVI qui & animadvertit CALVVM plura peccavisse. Sunt quoque & in aliis quae deinceps consecutae sunt. In Graeca & Latina quam curavit LINDENIVS Lugduni Batavorum anno MDCLXV libellus hic habetur ordine XLVI.

(3) In editione LINDENII numero LXXXII.

(4) In editione LINDENII n. LXXXIII.

ΞϚ

(1) In editione LINDENII est numero LXXXI. cujus extrema desiderantur in hisce membranis post haec verba *ἕδρης τι ἴσχῃ τῦ βέλεος ἐν τῷ ὀςέῳ* quae sunt sect. XXIII Interciderunt enim viginti folia, quo infortunio & sequentes duo HIPPOCRATIS libri *Vectiarius* & *De ossium natura* in nostro codice periere, qui in LINDENII editione sunt LXXXIV. & XXIII.

(2) Desumpta haec e libro VI. *Θεραπευτικῆς μεθόδου*. Cap. V. & VI. quae occurrunt in editione Graeca omnium GALENI operum ab Aldo facta Venetiis MDXXV. parte IV & in editione Latina Iuntarum Classe VII

(3) Sic scriptum semper est in his membranis non *Οʹρειβασίῳ*. Hunc vero librum esse autumo XLVI magni illius

LXVI

illius operis *Collectionum medicarum* quod ORIBASIVS vir ad omnia egregius medicus & quaestor sacri palatii IVLIANO Augusto inscripsit in LXX libros digestum, & cuius XVII tantum supersunt Latine duntaxat editi. Id licet coniicere ex hoc ipso codice, in quo .s qui consequitur liber notam habet numeri XLVII. Non antea vero doctis innotuisse argumento fuerit vel FABRICII de illo silentium *Bibl. Gr. Vol. IX. pag. 451 & seq. & Vol. XII. p. 640 & seq.* & FREINDII querela *Hist. Medic. vol. I p. 13 ed. Lond.* nihil fere quod chirurgiam spectet ORIBASII superesse. Quae nos inedita putamus Graece & Latine duplici lineola in hac enumeratione distinximus.

C

(1) Membranae hic habent in margine ΛΟΓ ΜΖ manu eadem qua cetera, unde opinari liceat hunc esse magnae ORIBASII collectionis librum XLVII nec Graece nec Latine editum quod quidem ego noverim. In aliis codicibus antiquis huiusmet bibliothecae Mediceae ORIBASII Libri *Sermonum* titulo occurrunt, imo in cod. XVII plutei LXXIV legere est *τέλος τῦ πρώτυ βιβλίυ* correctum eadem manu *γρ. λόγυ*.

(2) ORIBASII *De laquei*s usque ad num. CXII edita fuere Latine Parisiis anno MDXLIV a Vido VIDIO

P

Mucellano in eius *Chirurgia e Graeco in Latinum conversa* p 467 & seq & Latina duntaxat a CHARTERIO adiecta operum HIP & GAL tomo XII Parisiis an. 1679 excuso p 553. ex eadem ipsa VIDII interpretatione illius tamen nomine non indicato. Quae Graece tantum inedita esse videntur nos hic simul.ci lineola notavimus. Incertum an haec περὶ βρόχων integrum librum faciant seiuncta ab sequentibus περὶ ἐπιδέσμων.

ΡΛΓ

(1) In editione CHARTERII tomo XII pag. 500 ad 504 extant Graece, & Latine fine auctoris nomine, ex hoc vero codice apparet esse ipsius ORIBASII excerpta & cum praecedentibus *De laqueis* unum fortasse librum conficere, sequentibus saltem continua sunt usque ad num. CLXII Quae omnia apud CHARTERIUM item occurrunt Graeca & Latina tom. XII p. 513 ad 531 hoc titulo ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ *περὶ ἐπιδέσμων*. Nonnulla ex hoc ORIBASII libro capita desumta fuere a VIDIO tanquam si essent HELIODORI, & libro GALENI de fasciis addita suis locis inserta in editione Latina an 1544 Ea se exscripsisse praefatur e Graeco volumine quod Cardinalis RODULPHUS Roma donum miserat e sua amplissima bibliotheca ad FRANCISCUM Gallarum regem.

Il-

Illud VIDIUS exemplar esse unicum credidit, librosque *de fasciis*, *de laqueis*, *de machinamentis* nonnisi in eo codice, quod sciret, reperiri. Id indicio esse potest codicem illum nostro huic MEDICEO similem fuisse. mirum tamen videri possit VIDIUM non attendisse ad ORIBASII nomen quod tractatui *de laqueis* praefigitur, & haec ipsa *de fasciis* continua esse, & variorum auctorum nomina praeferre e quibus sunt decerpta. Qui modus conscribendi libros ORIBASIO usitatus, eius aetate & aliquot deinceps saeculis invaluit in medicina praesertim pertractanda.

(2) CHART. περιβόλιος.

(3) Membranae habent in hoc indice φορβία & in ipso opere φορβαία, CHART. ubique φορβεά.

ΡΛΓ

(1) In editione CHARTERII tomo XII pag. 500 ad 504 extant Graece, & Latine sine auctoris nomine, ex hoc vero codice apparet esse ipsius ORIBASII excerpta & cum praecedentibus *De laqueis* unum fortasse librum confitere, sequentibus saltem continua sunt usque ad num. CLXII Quae omnia apud CHARTERIUM item occurrunt Graeca & Latina tom. XII p. 518 ad 531 hoc titulo ἩΛΙΟΔΩΡΟΥ περὶ ἐπιδέσμων. Nonnulla ex hoc ORIBASII libro capita desumta fuere a VIDIO tanquam si essent HELIODORI, & libro GALENI de fasciis addita suis locis inserta in editione Latina an 1544 Ea se exscripsisse praefatur e Graeco volumine quod Cardinalis RODULPHUS Roma donum miserat e sua amplissima bibliotheca ad FRANCISCUM Gallarum regem.

Il-

Illud VIDIUS exemplar esse unicum credidit, librosque *de fasciis*, *de laqueis*, *de machinamentis* nonnisi in eo codice, quod sciret, reperiri. Id indicio esse potest codicem illum nostro huic MEDICEO similem fuisse, mirum tamen videri possit VIDIUM non attendisse ad ORIBASII nomen quod tractatui *de laqueis* praefigitur, & haec ipsa *de fasciis* continua esse, & variorum auctorum nomina praeferre e quibus sunt decerpta. Qui modus conscribendi libros ORIBASIO usitatus, eius aetate & aliquot deinceps saeculis invaluit in medicina praesertim pertractanda.

(2) CHART. [illegible].

(3) Membranae habent in hoc indice φορβιά & in ipso opere φορβαία, CHART. ubique φορβαί.

CLXVI

(1) Haec duo capita edita fuere a VIDIO ut HELIODORI *pag.* 453 & aliis GALENI inserta.

(2) VIDIVS *pag.* 457 quasi ex HELIODORO haec quinque capita usque ad CLIII aliis GALENI adiecit.

(3) VIDIVS *pag.* 460 caput hoc & p. 463 reliqua usque ad CLXII quasi ex HELIODORO aliis GALENI admiscuit.

(4) In editione CHARTERII *p.* 535 brevis additur hic peroratio capite distincto περὶ τῶν ἀμμάτων *De nodis* quae in nostris membranis huic ipsi capiti CLXII iungitur & cuius postrema verba sunt τελειοῦται μοι διὰ τούτου τὸ ΠΕΡΙ' ΤΩ'Ν ΕΠΙΔΕ'ΣΜΩΝ ὑπόμνημα *Tam multis absolvitur mihi* de fasciis *commentarius*.

(5) Edidit VIDIVS Latine Parisiis a MDXLIV cum titulo *ORIBASII EX HELIODORO de machinamentis* ornata picturis ligno impressis affabre delineatis. Latina duntaxat item occurrunt in editione CHARTERII cuius

ΡΞϚ

cuius volumen XII claudunt a *pag.* 557 ad 575 ex eadem interpretatione, sed tacito, ut in aliis, interpretis nomine. Graeca ni fallor nondum prodiere. Videtur autem fuisse liber XLV illorum LXX quibus totum ORIBASII *collectionum* opus constabat, desinit enim in haec verba *τοὺς δὲ τρόπους τῶν μοχλειῶν τούτων ἐπιμελέστερον ὑμῖν ἐκθήσομαι ἐν τῇ περὶ ἐξαρθρημάτων πραγματείᾳ. Modos vero harum molitionum diligentius vobis exponam in libro de luxatis*, qui liber praecedit illum *de fractis*, cui apposita nota est numeri XLVII ut superius innuimus. Atque hinc fortasse ordo elici potest horum omnium ORIBASII librorum de re chirurgica qui hoc codice continentur, ut sint scilicet XLIII *περὶ βρόχων De laqueis*, XLIV. *περὶ ἐπιδέσμων De fasciis*, si tamen separatim censeri debeant, XLV *περὶ μηχανημάτων De machinamentis*, XLVI *περὶ καταγμάτων De fractis*, XLVII *περὶ ἐξαρθρημάτων De luxatis*.

ΡΞϚ, Ἐκ τίνων κατεσκεύασαι τὰ ὄργανα, καὶ τίνες αὐτῶν αἱ χρεῖαι
ΡΞΖ, Πῶς τετράγωνος κοχλίας κινεῖ χελώνην
ΡΞΗ, Ἐκ τῶν ΓΑΛΗΝΟΥ περὶ μηχανημάτων
ΡΞΘ, Περὶ τοῦ μηχανικοῦ γλωττοκομείου
ΡΟ, Ἐκ τῶν ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ, ΝΕΙΛΕΩΣ πλίνθιον
ΡΟΑ, Περὶ κινήσεως τονίων
ΡΟΒ, Περὶ τῆς ἔμπροσθεν καὶ τῆς ὀπίσω τοῦ ὤμου διαφορᾶς
ΡΟΓ, Περὶ ἀγκῶνος
ΡΟΔ, Περὶ πήχεος καὶ κερκίδος
ΡΟΕ, Πῶς κεκλιμένον τὸν πάσχοντα δεῖ καταρτίζειν
ΡΟϚ, Περὶ ὤμου διαφορᾶς
ΡΟΖ, Περὶ διαφορᾶς ἀγκῶνος
ΡΟΗ, Περὶ καρποῦ
ΡΟΘ, Περὶ ῥάχεως
ΡΠ, Περὶ μηροῦ
ΡΠΑ, Περὶ γόνατος
ΡΠΒ, Περὶ σφυροῦ
ΡΠΓ, ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ γλωσσόκομον
ΡΠΔ, Περὶ κινήσεως τοῦ ὀργάνου
ΡΠΕ, ΑΠΕΛΛΙΔΟΣ ἢ ΑΡΧΙΜΗΔΟΥΣ τρίσπαστον
ΡΠϚ, Περὶ κατασκευῆς τοῦ τέκτονος ὀνομαζομένου ὀργάνου
ΡΠΖ, Κίνησις τοῦ ὀργάνου
ΡΠΗ, Περὶ τῶν τριῶν τοῦ ἀγκῶνος διαφορῶν
ΡΠΘ, Ἐκ τῶν ΡΟΥΦΟΥ τὸ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ βάθρον
ΡϘ, Περὶ γένυος
ΡϘΑ, Περὶ ὤμου
ΡϘΒ, Περὶ ἐξαρθρήματος βραχίονος καὶ κατάγματος
ΡϘΓ, Περὶ ἀγκῶνος
ΡϘΔ, Περὶ καρποῦ
ΡϘΕ, Περὶ ὑβώματος
ΡϘϚ, Περὶ τῶν τοῦ μηροῦ ἐξαρθρημάτων
ΡϘΖ, Περὶ γόνατος
ΡϘΗ, Περὶ σφυρῶν
ΡϘΘ,, ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ Κιτιέως τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας τὸ Α. [1]
Σ,, Ἐμβολὴ ὤμου ἡ διὰ τῶν δακτύλων τοῦ ἰατροῦ γινομένη, καὶ τοῦ ἀκρωμίου ἀντερείσεως
ΣΑ,, Ἐμβολὴ ὤμου ἡ διὰ τῆς πύγμης τοῦ ἰατροῦ γινομένη

ΣΒ

(1) Sunt commentarii tres in librum HIPPOCRATIS *de articulis* quorum mentio habetur in EROTIANI *collectione vocum quae apud* HIPPOCRATEM edit. Graeca Henr. STEPH. a MDLXIV p. 18 in voce Ἄμβων & in editione Latina Barth EVSTACHII a. MDLXVI p. 23 aversa. Obscure hos indicat FABRICIVS in

in *Bibl. Gr.* vol. XII p. 779 aitque *constare medum esse vulgatos*. APOLLONIVS hic magni nominis medicus e Citio Cypri oppido laudatus a STRABONE, & saepe AVRELIANO & EROTIANO memoratus, vixit ni fallor, circa annum LXX ante Christum, & hosce *Commentarios* dicavit PTOLEMAEO Cypri regi PTOLEMAEI Auletae regis Aegypti fratri ut ex ipsiusmet verborum contextu conlicere me posse reor.

CCXXXIV

ΣΛΔ

ΣΛΔ „ Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τῆς ὀργανικῆς σανίδος, ἢ τῶν ὀνίσκων τε καὶ τοῦ θέναρος τοῦ ἰατροῦ γινομένη, ἣν εἰς τὸ ἔμπρος μέρος ὀλισθῇ

ΣΛΕ „ Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τοῦ κρεμασμοῦ ἐπὶ κεφαλῆς καὶ τῷ πήχει τοῦ ἰατροῦ κατὰ τὸ μέσον τοῦ περιναίου καὶ τοῦ ἱεροῦ ὀστέου γινομένη, ἣν ὡς τὸ ἔμπρος μέρος ὀλισθῇ

ΣΛϚ „ ΣΩΡΑΝΟΥ περὶ σημείων καταγμάτων ἐπὶ κρανίου [1]

ΣΛΖ „ Περὶ ῥωγμῆς

ΣΛΗ „ Περὶ ἐγκοπῆς

ΣΛΘ „ Περὶ καμαρώσεως

ΣΜ „ Περὶ ἐγγισώματος

ΣΜΑ „ Περὶ ἐμπιέσματος

ΣΜΒ „ Περὶ ἀποσκεπαρνισμοῦ

ΣΜΓ „ Περὶ ἀπηχήματος

ΣΜΔ „ Περὶ θλάσματος

ΣΜΕ „ Περὶ τῶν ἐν ἄλλοις τόποις καταγμάτων γινομένων

ΣΜϚ „ Περὶ ῥινὸς

ΣΜΖ „ Περὶ γένυος

ΣΜΗ „ Περὶ κλειδὸς

ΣΜΘ „ Περὶ ὠμοπλάτης

ΣΝ „ Περὶ ῥάχεως

ΣΝΑ „ Περὶ στέρνου

ΣΝΒ „ Περὶ πλευρᾶς

ΣΝΓ „ Περὶ ἰσχίων

ΣΝΔ „ Περὶ βραχίονος καὶ μηροῦ

ΣΝΕ „ Περὶ πήχεως καὶ κνήμης

ΣΝϚ „ Περὶ ἐπιγονατίδος

ΣΝΖ „ Περὶ καρποῦ καὶ μετακαρπίου σκυταλίδων καὶ ταρσοῦ καὶ δακτύλων

ΣΝΗ „ Περὶ ἀστραγάλου

ΣΝΘ ΣΩΡΑΝΟΥ περὶ ἐπιδέσμων [2]

ΣΞ Διάκρισις

ΣΞΑ Πιλίον [3]

ΣΞΒ Σκάφιον

ΣΞΓ Μ·τρα

ΣΞΔ Θαΐς

ΣΞΕ Ἡμίρομβος

ΣΞϚ Λαγωὸς σὺν ὤτοις

ΣΞΖ

(1) Haec de fracturarum signis usque ad n. CCLVIII. videntur esse SORANI illius Ephesii qui temporibus TRAIANI & HADRIANI Alexandriae & Romae floruit medicinae gloria, scripsitque plurima & optima ut auctor est SVIDAS. Cum eius scripta perierint haec iactura aliquanto sarcitur a Coelio AVRELIANO, qui eius vestigia plerumque premit, nihil tamen de chirurgia memorans. Aliorum silentium & quae praesertim FABRICIVS *Bibl. Gr. Vol. XII pag.* 779 de his ipsis obscure indicat in nostra collectione latentibus argumento sunt ea nunquam antea prodiisse neque Graece neque Latine licet de illa parte disciplinae sint quae maxime ad rem pertineat.

(2)

(1) Exstant omnia haec usque ad CCCXIX Graece et Latine in edit. CHART. oper HIP & GAL. *tom.XII p 505 ad 517*. Pauca tantum capita antea prodierant Latine a VIDIO ad supplendum GALENUM de eodem argumento. In nostris membranis huic duntaxat SORANI libro appositae sunt deligationum picturae, GALENI vero et ORIBASII libri de fasciis ibidem nullas habent. Ab iis nonnihil differunt quas VIDIUS protulit et omnes deinde transtulere.

(3) Membranae habent Πελίω errore scribentis alias frequentissimo ob similem sonum literarum Η et Ι CHARTERIUS quonam errore ductus admiserit Πελίω ego non perspicio.

CCCIV

(1) Membranae habent & in hac enumeratione capitum, et in ipso contextu ΒΑΣΙΛΕΙΣΚΟΣ ob similem sonum literae I et diphthongi EI, unde quamplurima in illis huiusmodi peccata. CHARTERIO est Βασιλικὸς *Regius*, sed altera lectio magis consona videtur festivitati horunce scriptorum in confingendis fasciarum nominibus.

(2) Membranae in indice habent ἀρμαλατικὸς at in con-

ΣΞΖ Βασιλίσκος

ΣΞΗ Μονομερὴς ὀμμάτωσις

ΣΞΘ Διμερὴς ὀμμάτωσις

ΣΟ Ῥίν

ΣΟΑ Γέραξ ἢ ἀετὸς

ΣΟΒ Ἡμίρομβος ἐπὶ ῥινὸς

ΣΟΓ Μονομερὴς φορβαία

ΣΟΔ Διμερὴς φορβαία

ΣΟΕ Μονομερὴς ὀφθαλμὸς

ΣΟϚ Χάραξ

ΣΟΖ Φάλαρα

ΣΟΗ Συμμιγής

ΣΟΘ Ῥόμβος φάλαρα

ΣΠ Διμερὴς ὀφθαλμὸς

ΣΠΑ Πλήξ

ΣΠΒ Πολύρομβος

ΣΠΓ Περικεφάλαια

ΣΠΔ Παρειὰς

ΣΠΕ Γενειὰς

ΣΠϚ Ῥόμβος

ΣΠΖ Διμερὴς γερανὶς

ΣΠΗ Μονομερὴς γερανὶς

ΣΠΘ Πρώτη διμερὴς γερανίς

ΣϞ Μονομερὴς σειρὰ

ΣϞΑ Διμερὴς σειρὰ

ΣϞΒ Θώραξ

ΣϞΓ Ἕτερος θώραξ

ΣϞΔ Θώραξ ἀνάλημπτος

ΣϞΕ Θώραξ μετὰ περισκελῶν

ΣϞϚ Κεραύνιος

ΣϞΖ Μονομερὴς ἁρματηλατικὸς

ΣϞΗ Διμερὴς ἁρματηλατικὸς

ΓϞΘ Τετραμερὴς ἁρματηλατικὸς

Τ Ἀναλημπτρὶς τετρασκελὴς

ΤΑ Ἀναλημπτρὶς ἑξασκελὴς

ΤΒ Μονομερὴς βυβωνίσκος

ΤΓ Διμερὴς βυβωνίσκος

contextu ἁρματηλατικός, et Βουβωνικός utrobique, sed cum infra cap CCCCLXXXIX et XC scriptum sit Βουβωνίσκος id rectius esse putavimus.

(3) Hoc et sequens caput GALENO suo VIDIUS adiecit num. CIII & CIV primi titulo sic mutato. *Duplex in utramque partem ducta a superiori parte deorsum.* Vnde liquet eius Graecum exemplar nostri non omnia adeo exquisite repraesentasse ut fecit illud quo CHARTERIUS usus est.

ΤΛΗ

(1) Hoc et ſequentia duo capita VIDIVS inſeruit GALENO n. CXXIII CXXIV CXXV ordine paulum turbito.

(2) Sic habent membranae non σκέπαρνον, quod eſt apud HESYCHIVM ἐπίδεσμον ἰατρικοῦ ὄνομα, unde ſumptum fortaſſe mendoſum illud in interpretatione CHARTERII *Separeon aſcia*. Recte tamen et ipſe edidit Σκέπαρνος, quod probatum video GALENO in *Gloſſario Hippocratico* ſcribenti ut eſt in edit. H. STEPH. p. 94 Ὁ σκέπαρνος αὐτὸς ἐπίδεσμος ἀπὸ τῶν τεκτονικῶν ὀνομάσθαι σκεπάρνων δοκεῖ.

(3) Hoc et CCCXVI cum CCCXVII a VIDIO inſerta n. CXXVI CXXVII CXXVIII. Cuius poſtremi titulus in noſtro codice legitur φοῖνιξ σειρὰ manifeſto errore a bis prolata voce σειρά. CHARTERIVS cuius exemplar vel hinc patet a noſtro deductum fuiſſe unicum fecit monſtrum nominis φοινιξιρασειρά p. 516 quod interpetatus eſt *Phoenix admirandum vinculum*.

Acu-

CCCXXXVIII

Acutius rem perſpexerat VIDIVS cui eſt *Palma habena*.

(4) Haec duo poſtrema VIDIVS inſeruit n. CXXXVII et CXXXVIII iiſque GALENI *de faſciis* librum clauſit, cuius omiſſa vel deperdita ſupplevit petitis ex SORANO et HELIODORO vel potius ORIBASIO capitibus quae notavimus.

(5) Capita haec XL uſque ad CCCLIX ſunt e PAVLI Aeginetae libro VI cuius integrum opus de medicina VII conſtans libris editum Graece fuit ex ALDI officina Venetiis anno MDXXVIII, iterumque Baſileae an. MDXXXVIII curante GEMVSAEO, in cuius editionis exemplaribus haec occurrunt *pag.* 210 ad 227 a capite ſcilicet LXXXIX ad CXII Quae XXXIV capita reſpondent XL noſtri codicis ſectione in aliquibus varia. Latine vero primum prodiere Pariſiis an. MDXXXII interprete GVINTERIO cum reliquo opere, ſaepius deinde repetita in aliis editionibus aliiſque interpretibus.

CCCLXXII

(1) Est caput XLII libri VI quod in impressis inscribitur *περὶ καύσεως μασχαλῶν* vel *μασχάλης*, loco motum et ob rei cognationem huic de luxato humero capiti adiunctum a collectore NICETA ut videtur.

(2) Sic habent membranae in indice at in contextu *περὶ καύσεως ἰσχιαδικῶν* estque caput LXXVI ipsius VI libri huc traductum.

(3) GALENI libellus hic *de ossibus* usque ad num. CCCLXXXV prodiit primum Latine Romae impressus an. MDXXXV interprete Ferdinando BALAMIO Siculo; qui de eo sic praefatur. *Extant* GALENI *de anatome libri* IX, *deerat cum nonnullis aliis de ossibus liber, cumque superioribus mensibus* FLORENTIAE *in* MEDICEA *bibliotheca plures de luxationibus, atque aliis quae ad rem chirurgicam faciunt reperirentur auctores uno contenti codice eoque vetustissimo, hunc negligenter scriptum multisque mendis et temporum iniuria depravatum* CLEMENS VII *Pont. Max. Iano* LASCARI *viro doctissimo tradidit, qui ut iam pridem hunc librum e Graeciae ruinis erutum servaverat sic* *sum-*

ΤΟΒ

summo cum studio curaque innumeris purgatum vitiis in pristinam prope formam cum restituit inter eos auctores GALENVS *de ossibus inerat, quem cum a plerisque* CLEMENS *desiderari animadverteret mihi praecepit ut illum ad studiosorum usum transferrem.* Quae RAHAMII verba eo libentius retuli quod fuerint ab omnibus qui eius interpretationem denuo ediderunt praetermissa, tum quod praeclarum de nostro codice testimonium contineant. Graecam editionem antiquiorem non vidi ea quam ab exemplari Venetiis descripto a Martino GREGORIO fieri curavit Iacobus SYLVIVS Parisiis an. MDXLIII ex officina VASCOSANI in quarto indictam FABRICIO *Biblioth Gr. vol. III. p.* 542. Addenda est recensitis ibi et alia Latina Parisiensis anni MDLXI in octavo cum commentario SYLVII, cui accedunt in meo exemplari Graeca pagellis XLVIII comprehensa nitide impressa fortasse a TVRNEBO, nullum enim adest officinae indicium.

υϛ

(1) Prodiere hi duo RVFI libelli primum Latine Venetiis an. MDLII. Iunio Paulo CRASSO interprete additi ARETAEO, Graece vero Parisiis MDLIV. Primus hic respondet ei qui CRASSO item primus est, alter vero hic inscriptus περὶ ὀστῶν illi est tertius, noster enim codex non habet neque alterum librum primum neque secundum, quos reperio et in illa CRASSI et in Henr. STEPHANI editione *Med. Art. Princ. a.* 1567. *vol. I. col.* 111 *ad* 119 et in Graeca et Latina CLINCHII Londini MDCCXXVI τῶν ΡΟΥΦΟΥ *ἁπάντων pag.* 46 *ad* 65.

(2) GALENI haec omnia de fasciis usque ad n. CCCCXCVI edita fuere primum Latine Parisiis a VIDIO an MDXLIV. in *Chirurgia e Graeco in Latinum conversa pag.* 415 *ad* 466 desumta e libro manuscripto quem Cardinalis RODVLPHVS regi Galliarum FRANCISCO miserat, non alibi ut ille opinabatur reperienda. Graeca demum protulit CHARTERII editio Pa-

Parifiis an. MDCLXXIX tomi XII operum HIP. et GAL. *pag* 469 *ad* 499 ab interpretatione VIDII et a fcriptura noftri codicis leviter aut mendofe differentia.

(3) Membranae habent *βαστιλιως* ideft *βασιλικως* fed fcribendum fortaffe *βασιλικως* ut fupra cap CCLXVI.

(4) In membranis eft ΦΟΡΒΕΑ ΗΜΙΤΟΜΟΥ ΘΑΙΑ ΗΝ *μ*. *κ*. CHART. retinet *Θαία*, VIDIVS omittit, nos *Θαΐδα* reftituimus. certum enim eft ut animadvertit SALMASIVS *Plin. exercit. pag* 759 fafciam quandam a medicis *Θαΐδα* vocatam fuiffe *quod eo genere* THAÏS *caput ornaret* Illa fuerit vel quae magnorum regum infanis amoribus claruit, de qua ATHENAEVS lib XIII, vel potius comica perfona a MENANDRO ficta et in Graecorum theatris vulgo fpectata, quam cultu matronali et pudico prodiiffe nos docet VARRO apud NONIVM *voc. demittere* Capitis certe deligatio quae SORANO *Θαΐς* vocatur, in noftro codice pingitur habitu perquam verecundo magifque obnubente quam quae delineatur a VIDIO D IX et X ad GALENVM de fafciis.

(1) Membranae habent in hoc indice et in contextu ΕΠΕΙΔΗ δὲ πρὸς μέτωπα κ μ β quae mendosa scriptura prodit ea non intellecta similis soni voce ἱκανῶς sensui aptissima. CHARTERIVS hoc mendum ut pleraque alia nostri codicis in hoc libro retinuit, unde suspicari licet eius exemplum hinc fortasse exscriptum fuisse. VIDIVS legisse videtur ἱκανῶς κ. μ. et πλαῖα vel πλαισίῳ ubi est πλαδιῷ. An eius quoque exemplar a nostro manaverit nondum liquet.

ΤϚ Φορβαία διμερής

ΤΖ Η' αὐτὴ κάτωθεν ἄνω

ΤΗ Η' αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν ἄνωθεν κάτω

ΤΘ Η' αὐτὴ ἄλλως

ΤΙ Α"λλως

ΤΙΑ Λοξὴ Φορβαία μονομερὴς ἐπιδέουσα τὰ πλησίον ὠτὸς καὶ κατὰ κόρωνα τῆς κάτω γένυος

ΤΙΒ Διμερὴς, ἣν τινες λαγωὸν χωρὶς ὤτων καλοῦσιν, οἱ δὲ ἡμίρομβον ἢ πλινθίον, ἐπιδεῖ δὲ πρὸς μέτωπον ἢ μέρη βρέγματος

ΤΙΓ Η' αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν ἄνωθεν κάτω

ΤΙΔ Η' αὐτὴ κάτωθεν ἄνω

ΤΙΕ Α'νεζευγμένος

ΤΙϚ Διεζευγμένος ΓΛΑΥΚΙ'ΟΥ

ΤΙΖ ΠΕΡΙΓΕ'ΝΟΥΣ περικεφάλαια ἐν μονομαχίαις

ΤΙΗ Α"λλως περικεφάλαια ἐπὶ τῶν αὐτῶν

ΤΙΘ Λαγωὸς μετ' ὤτων

ΤΚ Α"λλος πρὸς τὺς κροτάφυς

ΤΚΑ Α'πλοῦς ὀφθαλμὸς ἢ ὀμμάτωσις λεπτή

ΤΚΒ Η' αὐτὴ ἄνωθεν κατω

ΤΚΓ Διπλοῦς ὀφθαλμὸς ἄνωθεν τὰς ἐπαγωγὰς ἔχων

ΤΚΔ Διπλοῦς ἀπὸ δύο ἀρχῶν ἄνωθεν κάτω

ΤΚΕ Α"λλως

ΤΚϚ Ο'φθαλμὸς εὐθὺς μονομερής

ΤΚΖ Διπλῦς ἐξ αὐτῦ

ΤΚΗ Ο' αὐτὸς κάτωθεν

ΤΚΘ Ο' αὐτὸς ἀπὸ δύο ἀρχῶν

ΤΛ Σχιςὸς ἐπὶ ῥινὸς, πλάτος ἕκαστος τελαμὼν ὅσω σκεπάσαι τὴν ῥῖνα, μήκει δὲ ὡς διπλοῦν ἀπὸ ῥινὸς ἐπ' εὐθείας ἐπὶ ἰνίον δύνασθαι χωρῆσαι

ΤΛΑ Σφενδόνη ἐπὶ ῥινὸς ἐκ τετρασκελοῦς

ΤΛΒ Η' αὐτὴ ἐκ τριῶν ταινιδίων

ΤΛΓ Η' αὐτὴ ἐκ δύο ταινιδίων

ΤΛΔ Ρ'ὶς ἐκ δύο ταινιδίων

ΤΛΕ Ι'έραξ ἐπὶ ῥινὸς ἐκ τριῶν ταινιδίων

ΤΛϚ Η' αὐτὴ ἐκ δύο ταινιδίων

ΤΛΖ Εἰλητὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς

(1) In membranis scriptum est ΠΕΡΙΓΕΝΥΟΣ mendo levissimo, sed rem prorsus immutante. CHARTERII p. 483 eadem scriptura, atque inde minus proba interpretatio *Galea gladiaturae genas tegens*. VIDIUS bene legerat ac verterat non male *PERIGENIS galea gladiatoria*.

ΤΛΗ Σφενδόνη

ΤΛΘ Ἡ αὐτὴ ἄλλως

ΤΜ ΑΜΥΝΤΟΥ χάραξ

ΤΜΑ Φάλαρα ἢ χάραξ

ΤΜΒ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ἱέραξ

ΤΜΓ Χάραξ ΑΜΥΝΤΟΥ ἐπὶ ῥινὸς εἰς τὰ πλάγια διαστρεφομένης

ΤΜΔ Μεταγωγεὺς ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΤΜΕ Ἐπωτὶς ἐκ τετρασκελοῦς [1]

ΤΜϚ Οὖς δι' εἱλητοῦ

ΤΜΖ Ἄλλως

ΤΜΗ Τετρασκελὴς ἐπὶ παρωτίδος

ΤΜΘ Παραγναθίδες ἐκ τριῶν ταινιδίων

ΤΝ Μακρὰ ἐπὶ μετώπου καὶ μεσοφρύου ἐξ εἱλητοῦ

ΤΝΑ Σφενδόνη χειλολάβος ἐπὶ τοῦ κάτω χείλους ἐκ τετρασκελοῦς

ΤΝΒ Ἡ αὐτὴ ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους

ΤΝΓ Ἡ αὐτὴ χειλολάβος ἐπὶ τοῦ κάτω χείλους δι' εἱλητοῦ

ΤΝΔ Ἡ αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν

ΤΝΕ Ἄλλη

ΤΝϚ Ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους

ΤΝΖ Ἡ αὐτὴ ἐκ δύο ἀρχῶν

ΤΝΗ Σφενδόνη γενειολάβος ἐκ τετρασκελοῦς [2]

ΤΝΘ ΓΛΑΥΚΙΟΥ στάχυς

ΤΞ Ἡ αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν

ΤΞΑ Ἡ αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν

ΤΞΒ ἹΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ γερανὶς ὡς δέ τινες ΠΕΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΤΞΓ Σφενδόνη ἡ βραχιολάβος ἁρμόζει καὶ ἐφ' ὧν ἡ γερανὶς

ΤΞΔ Ἡ αὐτὴ ἄλλως

ΤΞΕ Ἄλλως

ΤΞϚ Διπλῆ στάχυς ἣν τινες τετράορον καλοῦσιν [3]

ΤΞΖ Καταφράκτης

ΤΞΗ Ἡ αὐτὴ ἀπὸ δύο ἀρχῶν

ΤΞΘ Ὄρθιος μασχαλιστὴρ στηθοδεσμὶς ὀρθία ΣΩΣΤΡΑΤΟΥ

ΤΟ Χιαστὸς μασχαλιστὴρ στηθοδεσμίς

ΤΟΑ ΑΜΥΝΤΟΥ θώραξ ἐπὶ τῶν αὐτῶν

ΤΟΒ Χιαστὸς θώραξ ἐπὶ τῶν αὐτῶν

ΤΟΓ Ἀστήρ

ΤΟΔ

(1) CHART. male legit Σπωτὶς ac pessime vertit *Spotis* bonam deferens VIDII interpretationem cui est *Ad aures linteum &c.*

(2) CHARTERIO est ἰνιολάβος *occiput comprehendens* quae mendosa scriptura est a vulgari Graecorum pronunciatione vocis γενειολάβος quibus *litera* Γ *ante* Ε *profertur quasi esset in* Ι *conversa* ut animadvertit Thomas PARISINUS *Meth. L. Gr. vulg. pag.* 13. Inde

pro

CCCCLXXIV

pro mento factum fuit occipitium et tota sententia turbata. Idem mendum et VIDIVM fefellit *pag.* 443, qui tamen sagaciter aliquod hic vitium sensisse videtur, apposuit enim asteriscum ac picturam omisit, et adducta ex SORANO *[illegible] ad mentum* suppevit. Ea est Γωνιὰς dicta supra cap CCLXXXV.

(;) CHART. [illegible]

CCCCLXXIV *Grus fiscellae specie*
CCCCLXXV *Stella a tergo apparens*
CCCCLXXVI *Fulminea*
CCCCLXXVII *Simplex ad cervicem*
CCCCLXXVIII *Duplex*
CCCCLXXIX *Spiculum vel hamus*
CCCCLXXX *Rhombus simplex*
CCCCLXXXI *Rhombus duplex ad eadem*
CCCCLXXXII SOSTRATI *fulminea*
CCCCLXXXIII *Dimidia fulminea* APOLLONII *iunioris*
CCCCLXXXIV *Ara parva* SOSTRATI
CCCCLXXXV *Aedicula eiusdem*
CCCCLXXXVI APOLLONII *Ferae aedicula*
CCCCLXXXVII *Grus ab anteriori parte apparens fiscellae specie*
CCCCLXXXVIII *Auriga*
CCCCLXXXIX *Dimidiata inguinaria*
CCCCXC *Duplex inguinaria*
CCCCXCI *Eadem duorum capitum*
CCCCXCII *Aliter simplex*
CCCCXCIII *Aliter duplex*
CCCCXCIV *Pecten seu suspendens ad colem*
CCCCXCV *Aliter*
CCCCXCVI *Eadem e linteo scisso et zona*
CCCCXCVII PALLADII *explicationes favente deo in libros de fracturis* [1]
CCCCXCVIII GALENI *in librum de articulis, commentarius I.* [2]
CCCCXCIX *De prolapsibus quos* HIPPOCRATES *non vidit*
D *De summo humero distracto*
DI *De iugulo fracto*
DII GALENI *in librum de articulis comm. II. de maxilla*
DIII *De naso fracto*
DIV *De aure fracta*
DV *De spinae vertebris*
DVI *De costis*
DVII GALENI *in librum de articulis comment. III.*
DVIII *De articulo ossis coxarum*
DIX *De prolapsu capitis femoris in exteriorem partem*

DX

(1) Haec PALLADII scholia edita primum fuere a FOESIO Graece et Latine Francofurti a. MDXCV ad calcem sectionis VI operum HIPPOCRATIS vol I. *p* 917 *ad* 932. Habuerat illa e bibliotheca MEDICEA Parisiensi descripta a Petro LAPHILEO ac Latina facta brevibusque notis illustrata a Iacobo SANTALBINO. Occurrunt et in repetitis FOESII editionibus et in CHARTERII tomo XII *pag* 170 *ad* 286.

PALLADII huius medici σοφιστοῦ idest professoris vel magistri, quo nomine sequiori aetate artifices doctrina et eloquentia insignes ornari mos fuit scripta quaedam alia recensentur a FABRICIO *Bibl. Gr. vol. IX*

ΦΙ

vol. IX p. 10, quorum vetera exemplaria occurrunt quoque in MEDICEA nostra bibliotheca, suntque ibi praeterea non memorata illi ΓΑΛΗΝΟΥ͂ τοῦ περὶ αἱρέσεων σχόλια ἀπὸ φωνῆς ΠΑΛΛΑΔΙ'ΟΥ. *In GALENI librum de sectis enarrationes dictatae a PALLADIO.* Plut LXXIV Cod XI

(1) Quatuor GALENI commentarii in librum HIPPOCRATIS *de articulis* Graece primum editi Venetiis an. MDXXV parte V *fol.* 269. *ad* 304 deinde Basileae anno MDXXXVIII part. V *p.* 578 *ad* 661 Latine Parisiis MDXLIV interprete VIDIO *p.* 215 *ad* 342 linearibus aliquot elegantibus picturis aucti, Graece vero ac Latine Parisiis MDCLXXIX in CHARTERII tomo XII *p.* 287 *ad* 468.

ΙΑΜΒΟΙ

(1) Hic finis est capitum in quae tota NICETAE collectio distributa est, quae scripta sunt eadem antiqua manu, qua totus liber. Enumerationem integram edere voluimus, ut uno conspectu intelligi demum et internosci queant singula quae celeberrimo codice continentur, vel iam pervulgata sed hinc multis locis emendanda, vel Graeco exemplari vulgo carentia supplenda, vel abdita omnino et desiderata in hominum eruditorum usus proferenda. Idque eo libentius fecimus, quod omnem huius libri notitiam a doctis traditam adhuc mancam atque fallacem esse deprehenderimus, ut illa est apud FABRICIVM *Bibl. Gr. vol. XII. p.* 778 et apud HOLSTENIVM in commentariolo de praestantioribus bibliothecae Mediceae libris haec scribentem *Scamno LXXIV extat admirandum illud chirurgicorum antiquorum opus congestum a quodam* NICETA *medico. Habentur in eo volumine multa antiquissimorum medicorum opuscula et tractatus de partibus chirurgiae ut sunt praeter* HIPPOCRATIS, GALENI, ORIBASII, *et* PAVLI *Aeginetae iam notos*, HELIODORI *de fracturis* c. XI, APOLLONII *Citiensis tractatus de articulis sive iuncturis cap.* XXXVI. SORANVS *de signis fracturae cap.* XXIII, *idem de variis obligandi modis cap.* LIX *cum suis figuris, qui tractatus seorsim edi possent, sicuti ex hoc codice olim prodierunt* RVFI *Ephesii et* PALLADII *opuscula a Gallis edita. Sunt alia multa aliorum fragmenta in eodem volumine, ego praecipuos duntaxat et iustos tractatus commemoravi*. Neque dilucidior est descriptio codicis nostro similis ab anonymo Graeco doctoque auctore manuscripto catalogi cuius archetypum habeo cuiusdam bibliothecae, quae an fuerit cardinalis Nicolai RODVLPHI an alius nondum comperi. ΝΙΚΗΤΟΥ τινὸς συναγωγὴ τῆς χειρουργικῆς τέχνης ἐκ πολλῶν παλαιῶν ἰατρῶν ἐξ ὧν εἰσὶν ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ, ΓΑΛΗΝΟΣ, ΟΡΕΙΒΑΣΙΟΣ, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ, ΑΡΧΙΓΕΝΗΣ, ΑΝΤΙΛΛΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ, ΔΙΟΚΛΗΣ, ΑΜΥΝΤΑΣ, ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ Κιτιεύς, ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΣ, ΑΠΕΛΛΗΣ, ΡΟΥΦΟΣ, ΣΩΡΑΝΟΣ, ΠΑΥΛΟΣ Αἰγινήτης, ΠΑΛΛΑΔΙΟΣ. Βιβλίον πρῶτον μήκους μεγάλου πάχους ἐν χάρτῃ ἐς κάλλος γεγραμμένον, μετὰ τῶν σχημάτων τῶν ὀργάνων ἐζωγραφημένων, δέρματι κινῷ ... ἐν ᾧ ἐπιγραφὴ Χειρουργικὸν ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ καὶ ἄλλων πολλῶν. *NICETAE cuiusdam collectio artis chirurgicae ex multis antiquis medicis, e quorum numero sunt* HIPPOCRATES, GALENVS,

ORI-

ORIBASIVS, HELIODORVS, ARCHIGENES, ANTILLLVS, ASCLEPIADES, DIOCLES, AMYNTAS, APOLLONIVS Citiensis, NYMPHODORVS, APELLES, RVFVS, SORANVS, PAVLVS Aegineta, PALLADIVS. Liber primae longitudinis magnus crassus chartaceus eleganter scriptus cum figuris instrumentorum pictis, corio caeruleo tectus cuius inscriptio Chirurgicum HIPPOCRATIS et aliorum multorum. Eadem fere in GASNARI bibliothecae epitome a SIMLERO facta et a FRISIO aucta impressa Tiguri MDLXXXIII *p.* 619, ubi collectio haec Graece manuscripta haberi dicitur in bibliotheca regia Gallorum, et apud LABBEVM *nov. bibl. MSS p* 125 *in cod reg.* 404 *et cum figuris in* 504. *Et pag.* 211 ex catalogo MOBAEI fragmentorum veterum chirurgicorum Graecorum imperfecta recensio Graece allata e nostro codice vel alio ei simili excerpta fuisse videtur, eadem scilicet quam FABRICIVS retulit loco citato XII 779. CANGIVS in *Glossario Graec.* vocat NICETAE *collectionem rerum chirurgicarum ex cod reg.* 2149. Neque melior est quae apud MONTFAVCONIVM legitur ipsius nostri codicis adumbratio a duobus ut is ait doctis concinnata *Biblioth. Bibliothecar. manuscr. p.* 385. Eidem *pag.* 729 Chirurgia NICETAE signatur codicibus regiis 2143 et 2149 bibliothecae Parisiensis. Et *pag.* 769 *n.* 43 *magnus et vetus chirurgicus liber ex variis medicis collectus a* NICETA, fuisse dicitur in bibliotheca praeclari quondam civis nostri Nicolai RODVLFI cardinalis, quae tota fere in regiam deinde migravit. Vnde patet horum neminem antea vidisse quod nunc cuique promptum est, et quod nos ipsi iam pridem saepe privatim et publice indicavimus tria duntaxat nova hanc collectionem afferre. Primum duo sunt ORIBASII libri de fractis et de luxatis, in quibus pleraque ut solet a GALENO sumit leviter immutata, nonnulla tamen eaque meliora addens ex aliis qui illi aetate atque arte antecellunt, atque hinc illa est clarorum nominum farrago quae multos fefellit. Deinde est SORANI libellus admodum brevis de fracturarum signis, ac demum APOLLONII Citiensis commentarius tripartitus in HIPPOCRATEM de articulis, cuius si verba demantur iam vulgata, non multum superat ab ipso enarratore proditum. Sunt hic praeterea eiusdem ORIBASII capita de laqueis et de machinamentis, quorum Latina tantum prostat interpretatio, Graecum vero exemplar adhuc latet. Cetera iamdiu notissima atque ab omnibus pertractata, quae tamen codicis nostri ope aliquatenus fieri possent fortasse meliora.

SENARII

I.

HIPPPOCRATES et GALENE et RVPHE, [1]
Tuque CHIRON remediorum inventor,
Quatuorviralis morborum sedatio,
Reliquusque coetus sapientum medicorum,
Sinu gaudium concipite et plaudite plurimum.
Labores enim vestros ante obscuratos,
Squalentes iam et neglectos,
Et vermibus obsitos, ut ferunt CALLISTHENEM, [2]
NICETAS inveniens omnipotens hippocrates
Investigavit, edidit, et plurimum extulit.
Aliarumque multarum in unum corpus cogit et affert
Solutiones valetudinum, remedia, vulnerum medelas,
Et cunctas universim iuncturas ossium
Effingit lineatione pictoris.
Si quis igitur recte statuere crurum gressum,
Fracturasque femorum, iuncturam vertebrarum,
Claudosque erigere, cursoresque facere
Pedibus dolentes, alvei coxendicum
Fluxionem vincire, pedesque firmare,

Aliam-

(1) Sequuntur in codice tria epigrammata senariis versibus conscripta non quidem veteris metri, sed quod labentibus Graeciae rebus admissum, et undecimo praesertim CHR. saeculo usitatum fuit, non modulatum scilicet syllabarum quantitate, sed numero duodenario, et accentus in penultima positione. Vide FABRICII *Bibl Gr. vol X. p.* 319. Singula videntur esse autographa, scripturae enim forma differunt inter se et a reliquo libri contextu, neque ulla menda habent, quae alibi sunt quamplurima. Quapropter et haec edere visum fuit a quibus nostri codicis quasi primi exemplaris auctoritatem exploratam habeamus

(2) Attici sic potius quam Καλλισθένη dicere amant, ut animadvertit DEMETRIVS Phalereus *de elocut ed. Flor p.* 59. CALLISTHENEM autem philosophum nescientem regibus uti pedicularis morbo periisse tradidit CHARES historicus, postquam septem menses ALEXANDRI magni barbaro iussu in carcere et vinculis squaluisset, ut refert PLVTARCHVS *in Alex. p.* 1277 *ed. H S et in Sylla p* 868. Id innuit et DIOGENES Laertius *lib v segm* 5. cui fuisse dicitur φθειριῶν καὶ ἀκόσμητος *pediculis scatens et neglectus*. SVIDAS vero dum id memorat, huius ipsius epigrammatis nostri testimonio uti videtur, ait enim in Καλλισθένης. Καὶ φέρεται ΛΟΓΟΣ ὡς ὁ ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον κατέστρεψε, καὶ μαρτυρεῖ ὁ ΙΑΜΒΟΣ οὗτος ΚΑΙ ΦΘΕΙΡΙΑΣΑΝ ΩΣ Ο ΠΡΙΝ ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ, περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων ὡς ἠμέλητο πάνυ. CALLISTHENES *pediculis scatuisse eoque morbo vitam finivisse dicitur quod etiam* SENARIVS *hic testatur* Et pediculis scatentem ut olim CALLISTHENES. *Loquitur ibi*

ΙΑΜΒΟΙ

Α.

ἹΠΠΟΚΡΑΤΕΣ ΤΕ ΚΑῚ ΓΑΛΗΝῈ ΚΑῚ ῬΟΥ͂ΦΕ,
ΧΕΙ͂ΡΩΝ ΔῈ ΚΑῚ ΣΥ͂ ΦΑΡΜΆΚΩΝ ἘΦΕΥΡΕΤΑ,
Ἡ ΤΕΤΡΆΡΙΘΜΟΣ ΤΩ͂Ν ΠΑΘΩ͂Ν ΓΑΛΗΝΌΤΗΣ,
Α῎ΛΛΗ ΤΕ ΠΛΗΘΥ͂Σ ΤΩ͂Ν ΣΟΦΩ͂Ν ἈΚΕΣΤΌΡΩΝ
ΚΌΛΠΟΙΣ ΧΑΡᾺΝ ΔΈΧΟΙΟ ΚΑῚ ΚΡΌΤΕΙ ΜΈΓΑ.
ΠΌΝΟΥΣ ΓᾺΡ ὙΜΩ͂Ν ΤΟΥ͂Σ ΠΡῚΝ ἨΜΑΥΡΩΜΈΝΟΥΣ
ΑὙΧΜΩ͂ΝΤΑΣ ἬΔΗ ΚΑῚ ΠΑΡΗΜΕΛΗΜΈΝΟΥΣ,
ΚΑῚ ΦΘΕΙΡΙΩ͂ΝΤΑΣ, ὩΣ ΛΌΓΟΣ ΚΑΛΛΙΣΘΈΝΗΝ,
ΝΙΚΗ͂ΤΑΣ ΕὙΡΩ͂Ν ΠΑΓΚΡΑΤῊΣ ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ
ἘΞΈΤΡΕΝ ἘΞΈΔΩΚΕΝ ΤΥ͂ΨΩΣΕΝ ΜΈΓΑ.
Α῎ΛΛΩΝ ΤΕ ΠΟΛΛΩ͂Ν ΣΩΜΑΤΟΥΡΓΕΙ͂ ΚΑῚ ΦΈΡΕΙ
ΛΥ͂ΣΕΙΣ ΠΑΘΩ͂Ν, ΦΆΡΜΑΚΑ, ΤΡΑΥΜΆΤΩΝ Α῎ΚΗ,
ΚΑῚ ΠΑ͂ΣΑΝ ἉΠΛΩ͂Σ ΣΥΜΒΟΛῊΝ ΤΩ͂Ν ὈΣΤΈΩΝ
ἘΞΕΙΚΟΝΊΖΕΙ ΤΗ͂Ι ΓΡΑΦΗ͂Ι ΤΟΥ͂ ΖΩΓΡΆΦΟΥ.
ΟὐΚΟΥ͂Ν ἘᾺΝ ΤΙΣ ΕὐΘΕΤΕΙ͂Ν ΣΚΕΛΩ͂Ν ΒΆΣΙΝ
ΘΡΑΥ͂ΣΕΙΣ ΤΕ ΜΗΡΩ͂Ν, ἘΜΒΟΛῊΝ ΤΩ͂Ν ΣΠΟΝΔΎΛΩΝ,
ΧΩΛΟΥ͂Σ ἈΝΙΣΤΑ͂Ν, ΚΑῚ ΤΕΛΕΙ͂Ν ΔΡΟΜΗΦΌΡΟΥΣ
ΠΟΔΑΛΓΙΩ͂ΝΤΑΣ, ἘΚΡΟΗ͂Σ ΤΩ͂Ν ἸΣΧΊΩΝ
ΤῸ ῬΕΥ͂ΜΑ ΔΕΣΜΕΙ͂Ν, ΚΑῚ ΚΡΑΤΎΝΕΙΝ ΤΟΥ͂Σ ΠΌΔΑΣ,

ibi poeta de arte medica, *significare volens eam penitus negligi*. Quae postrema verba e nostro codice versiculum illum fuisse depromptum manifesto indicant, etsi memoriter citando leviter immutatum, ut factum a veteribus plerumque videmus. Credi enim vix potest poetam alium antiquiorem eo exemplo iisdemque verbis usum de rebus medicis agentem, quod hic multo concinnius de libris chirurgicis adhibetur a scriptore qui se nec sterilem prodit neque ut ea ferebant tempora inelegantem. Congruit haec nostra coniectura cum SVIDAE aetate quae in extremum saeculi CHR. XI cadit ut visum est viris doctis, et cum domicilio, quod illi Constantinopoli fuisse creditur. Vid. FABRIC *Bibl. Gr Vol. IX. p.* 624. NICETAS enim noster collectionis chirurgicae auctor, ut egregius medicus hisce carminibus laudatus, existimari potest is fuisse ad quem *imperatoris medicum* extat epistola THEOPHYLACTI archiepiscopi Bulgariae τῷ ἰατρῷ τοῦ βασιλέως Κυρίῳ ΝΙΚΗΤΑι quae est LV in edit. MEVRSII, qua se excusat de tiroere non suscepto fratremque suum illi commendat. Hanc opinionem habuit ipse doctissimus FABRICIVS *Vol XIII p* 346. Fuerit ergo ille medicus vel MICHAELIS Ducae post annum CHR. MLXXI. vel ALEXII Comneni post annum MLXXX, ad utrumque enim scripta quaedam eiusdem archiepiscopi leguntur. Adeoque aetas ipsius NICETAE collectoris, et nobilis huiusce archetypi libri confectio definiri saeculo XI possunt vel forte sequentis initio. Cum praeterea scripturae ac picturae species et membranae earumque ornamenta similia sint prorsus iis, quae alibi temporum illorum certam notam praeferunt, in nummis praesertim atque marmoribus.

ΑΛΛΗΝ ΤΕ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΟΣΤΩΔΗ ΘΕΣΙΝ
ΘΡΑΥΟΥΣΑΝ ΕΙΣ ΣΥΜΠΛΗΞΙΝ ΑΡΜΟΣΑΙ ΘΕΛΟΙ,
ΩΔΕ ΣΚΟΠΕΙΤΩ ΤΗΣ ΓΡΑΦΗΣ ΤΑΣ ΕΙΚΟΝΑΣ,
ΚΑΙ ΠΑΣΑΝ ΕΥΡΗΣΕΙΕ ΤΩΝ ΠΑΘΩΝ ΛΥΣΙΝ.
ΑΛΛ' ΟΥΝ ΑΠΑΝΤΕΣ ΤΩΝ ΣΟΦΩΝ ΑΚΕΣΤΟΡΩΝ
ΝΕΟΙ, ΠΡΟΓΗΡΑΣΑΝΤΕΣ, ΥΠΟΥΡΓΩΝ ΟΣΟΙ
ΓΥΜΝΑ ΚΡΑΤΕΙΤΕ ΡΩΣΤΙΚΩΤΑΤΑ ΞΙΦΗ,
ΣΤΕΨΑΤΕ ΛΟΙΠΟΝ ΤΗΣ ΓΡΑΦΗΣ ΤΟΝ ΕΡΓΑΤΗΝ,
ΕΚ ΜΟΥΣΙΚΩΝ ΠΛΕΚΟΝΤΕΣ ΑΝΘΗ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ.
ΤΟΝ ΓΑΡ ΦΑΝΕΝΤΑ ΚΟΣΜΙΚΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΠΡΕΠΕΙ ΓΕΡΑΙΡΕΙΝ ΩΣ ΤΕΧΝΗΣ ΦΙΛΟΝ ΛΟΓΟΙΣ.
ΑΛΛ' ΟΥΝ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΔΕΧΟΥ [1]
ΠΡΩΤΗΝ ΑΜΟΙΒΗΝ ΤΩΝ ΣΟΦΩΝ ΣΟΥ ΠΡΑΚΤΕΩΝ.
ΧΑΙΡΟΙΣ Ο ΔΕΙΧΘΕΙΣ ΕΥΣΘΕΝΗΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ
ΚΑΙ ΠΑΓΓΑΛΗΝΟΣ ΤΩΝ ΠΑΘΩΝ ΓΑΛΗΝΟΤΗΣ.

B.

ΠΟΝΕΙ ΜΕΝ Η ΜΕΛΙΣΣΑ ΚΗΡΙΟΝ ΜΕΛΙ·
ΦΙΛΟΦΡΟΝΟΥΣΑ ΠΡΟΣΦΥΗ ΣΥΝΕΡΓΑΤΙΝ,
ΕΠΕΙΠΕΡ ΑΛΛΩΙ ΤΩΙ ΤΡΥΓΩΝΤΙ ΚΗΡΙΑ
ΤΟ ΚΕΝΤΡΟΝ ΕΞΕΠΕΜΨΕ, ΚΑΙ ΠΛΗΤΤΕΙ ΜΕΓΑ.
ΣΚΟΠΕΙ ΔΕ ΧΕΙΡΑΣ ΑΦΘΟΝΩΣ ΤΕ ΚΑΙ ΦΡΕΝΑΣ
ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΗΤΑ ΔΕΞΙΟΥΜΕΝΑΣ ΟΛΟΥΣ,
ΕΝ ΟΙΣ ΕΦΑΠΑΞ ΣΥΛΛΟΓΗΣ ΤΩΙ ΣΥΝΤΟΜΩΙ
ΤΗΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ ΤΟΙΣ ΛΑΒΕΙΝ ΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΣ.
ΠΑΘΩΝ ΔΥΣΑΧΘΩΝ ΕΚ ΠΑΛΑΙΩΝ ΠΟΙΚΙΛΩΣ
ΕΞΕΙΚΟΝΙΖΩΝ ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΝ, ΔΕΣΠΟΤΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ ΘΕΛΟΝΤΟΣ, ΠΑΣΙ ΔΕ ΤΟ ΣΥΜΦΕΡΟΝ.

ΧΡΙ-

(1) Poeta cum hasce laudes hic vocet primam a se remunerationem NICETAE bene factorum, innuere videtur et alteram illi esse expectandam aliquando locupletiorem. Cuiusmodi allocutio nonnisi principem virum decet, ut suspicari hinc fortasse liceat primum hoc epigramma ab ipso esse imperatore MICHAELE, cui scribere iambos crimini datum fuit, ut ZONARAS refert *tom. III. pag.* 220. *edit. Wolf.*

con-

Aliamque corporis offeam pofitionem
Diftractam in compagem aptare velit,
Hic infpiciat picturae imagines,
Omnemque inveniet malorum folutionem.
Age nunc omnes docti medentes
Iuvenes fenefque et miniftri quicumque
Nudos tenetis validiffimos enfes,
Supereft ut coronetis libri opificem
E muficis plectentes fermonibus flores.
Qui enim fe beneficum hominibus praebet
Decet ornare, ut artis amicum verbis.
A NOBIS igitur hofce verfus accipe
Primam vicem doctorum tuorum operum.
Valeas o qui te oftendifti fortem hippocratem
Et tranquilliffimum laborum lenimen.

II.

Conficit apis favum ac mel,
Comiter amplectens laboris fociam,
In alium vero favos diripentem
Aculeum proferre folet ac valde ferit.
Specta manus liberaliter et mentem
Sapientis NICETAE benignas totas,
Quibus explicat collectionis compendio
Vtilitatem, capere volentibus.
Valetudinum graviffimarum ex antiquis varie
Effingens auxilium, domino
CHRISTO volente, opus omnibus utile.

Eius

conveniuntque actas, et nota ftudia illius erga medicos ceterofque fapientes, et ftyli imperatorii nonnulla indicia, quae introfpicienti fubobfcura apparent.

(2) Alterum hoc carmen tum fcriptura tum compofitione magis perplexa et infeliciori verbifque aliquot quafi privatis differt a primo, adeo ut alium poetam NICETAE plaudentem, eumque ipfis prodere videatur.

Eius quidem ingenium pictoris digitis
Formas velut imagine expreſsit,
Obſervans quod manifeſtum eſt dei voluntatum.
Nicetae, cui vere convenit victoriae nomen, manus
Expoſitiones ſcribunt imaginum,
Quae pulchritudinem oſtendunt lineamentorum,
Ambo vero peritiam conſonam rationi.
Medicinae adeptus eſt ipſe principatum
Perſpicue reſtituens cadentem artem,
Invidia latentem, ac aetate fatiſcentem,
Artem illam opificem, oſsium
Fracturam coercentem idoneo vinculo,
Prolapſus vertentem in proprium ſtatum,
Exceſsus et luxatos articulos
Ferentem iterum in aptiſsimam repoſitionem.
Is nempe accommodans compages ut erant natura
Imaginum quidem iuxta poſitae indicationi,
Sermonem vero formis, artificioſae repraeſentationi,
Picturam orationi corporatae,
Vt res erat protulit concinnae compoſitionis
Optimum opus, ingenioſe confectum.
Magiſtrum praeſtantiſſimum efficaci ſermone.

ΚΑΙ ΝΟΥΣ ΜΕΝ ΑΥΤΟΥ ΔΑΚΤΥΛΟΙΣ ΤΟΥ ΖΩΓΡΑΦΟΥ
ΜΟΡΦΑΣ ΑΝΙΣΤΟΡΗΣΕΝ ΩΣ ΚΑΤ' ΕΙΚΟΝΑ
ΤΗΡΩΝ ΕΝΑΡΓΕΣ ΤΩΝ ΘΕΟΥ ΘΕΛΗΜΑΤΩΝ.
ΦΕΡΩΝΥΜΟΥ ΝΙΚΗΣ ΔΕ ΚΑΙ ΧΕΙΡΕΣ ΠΑΛΙΝ
ΤΑΣ ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ ΓΡΑΦΟΥΣΙ ΤΩΝ ΜΟΡΦΩΜΑΤΩΝ,
ΩΡΑΙΟΤΗΤΑ ΔΕΙΚΝΥΟΥΣΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.
ΑΜΦΩ ΔΕ ΠΕΙΡΑΝ ΣΥΝΤΡΕΧΟΥΣΑΝ ΤΩΙ ΛΟΓΩΙ.
ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΕΙΛΗΦΕΝ ΑΥΤΟΣ ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ,
ΣΑΦΩΣ ΑΝΙΣΤΩΝ ΣΥΜΠΕΣΟΥΣΑΝ ΤΗΝ ΤΕΧΝΗΝ
ΦΘΟΝΩΙ ΛΑΘΩΥΣΑΝ ΚΑΙ ΚΑΜΟΥΣΑΝ ΤΩΙ ΧΡΟΝΩΙ,
ΤΕΧΝΗΝ ΕΚΕΙΝΗΝ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΝ. ΟΣΤΕΩΝ
ΘΡΑΥΣΙΝ ΠΕΡΙΣΦΙΓΓΟΥΣΑΝ ΕΥΛΟΓΩΙ ΔΕΣΕΙ,
ΤΑΣ ΕΜΒΟΛΑΣ ΣΤΡΕΦΟΥΣΑΝ ΟΙΚΕΙΑΙ ΒΑΣΕΙ,
ΠΑΡΑΤΡΟΠΑΣ ΑΡΘΡΩΝ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΚΦΥΣΕΙΣ
ΦΕΡΟΥΣΑΝ ΕΙΣ ΟΡΘΩΣΙΝ ΕΥΠΡΕΠΕΣΤΑΤΗΝ.
ΚΑΙ ΔΗ ΠΡΟΣΑΨΑΣ ΑΡΜΟΓΑΣ, ΩΣ ΗΝ ΦΥΣΕΙ,
ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ ΜΕΝ ΤΗΙ ΚΑΤΑΛΛΗΛΩΙ ΦΡΑΣΕΙ,
ΛΟΓΟΝ ΔΕ ΜΟΡΦΑΙΣ, ΤΕΧΝΙΚΗΙ ΔΙΑΠΛΑΣΕΙ,
ΤΗΝ ΖΩΓΡΑΦΗΣΙΝ ΣΩΜΑΤΟΥΜΕΝΩΙ ΛΟΓΩΙ,
ΩΣ ΕΙΧΕΝ ΕΞΗΝΕΓΚΕΝ, ΕΥΑΡΜΟΣΤΙΑΣ
ΑΡΙΣΤΟΝ ΕΡΓΟΝ ΕΥΦΥΩΣ ΗΣΚΗΜΕΝΟΝ.
ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΝ ΦΕΡΙΣΤΟΝ ΕΜΠΡΑΚΤΩΙ ΛΟΓΩΙ.

Γ

ἹΠΠΌΚΡΑΤΕΣ ΣΚΊΡΤΗΣΟΝ ΕΥ̓ΦΡΑΊΝΟΥ ΜΕΤᾺ
ΓΑΛΗΝῈ ΣΥΓΧΌΡΕΥΕ ΚΑῚ ῬΟΥ͂ΦΕ ΚΡΌΤΕΙ,
ΧΕΊΡΩΝ ΧΆΡΑΝ ΔΈΧΟΙΟ ΚΌΛΠΟΙΣ ΚΑΡΔΊΑΣ,
ἌΛΛΟΙΤΕ ΠΆΝΤΕΣ ὈΡΓΑΝΟΥ͂ΝΤΕΣ ΤῊΝ ΤΈΧΝΗΝ
ἸΑΤΡΙΚῊΝ ΤΈΡΠΟΙΣΘΕ ΚΑῚ ΤΕΘΝΗΚΌΤΕΣ.
ΠΌΝΟΥΣ ΓᾺΡ ὙΜΩ͂Ν ὯΔΕ ΝΙΚΉΤΑΣ ΓΡΆΦΩΝ
ΕἸΣ ΚΆΛΛΟΣ, ΑΥ̓ΤῊΝ ΤῊΝ ΓΡΑΦῊΝ ἈΠΟΞΈΩΝ,
ΠΑΝΕΥΦΥΩ͂Σ ΤΕ ΤΗ͂Ι ΤΈΧΝΗΙ ΚΕΧΡΗΜΈΝΟΣ,
ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΕΙ͂ ΚΆΛΛΙΣΤΑ ΣΩΜΆΤΩΝ ΠΆΘΗ,
ΕἼΔΗ ΤΕ ΠΟΛΛᾺ ΣΟΜΑΤΟΥΡΓΕΙ͂ ΦΑΡΜΆΚΩΝ,
ΦΈΡΟΝΤΑ ΘΆΜΒΟΣ ΠΑ͂ΣΙ ΤΟΙ͂Σ ΘΕΩΜΈΝΟΙΣ.
ΘΡΑΎΣΕΙΣ ΓᾺΡ ὈΣΤΩ͂Ν ΕΥ̓ΘΕΤΕΙ͂ ΚΑῚ ΠΗΓΝΎΕΙ
ΤΡΟΠᾺΣ ΜΕΘΈΛΚΕΙ ΤΗ͂Ι ΠΡῚΝ ΕΥ̓ΑΡΜΟΣΤΊᾼ,
ΤῸ ΣΤΡΕΒΛῸΝ ὈΡΘΟΙ͂ ΤΗ͂Ι ΚΑΤ᾽ ἈΡΧᾺΣ ΣΥΜΒΆΣΕΙ,
ΔΕΣΜΟῪΣ ῬΑΓΈΝΤΑΣ ἘΚ ΒΊΑΣ ΣΥΝΔΕΙ͂ ΠΆΛΙΝ,
ΣΦΊΓΓΕΙ ΤῸ ΧΑΥ͂ΝΟΝ, ΚΑῚ ΚΡΑΤΎΝΕΙ ΤῸΝ ΤΌΝΟΝ,
ΚΑῚ ΚΕΙΜΈΝΟΥΣ ἈΛΓΟΥ͂ΝΤΑΣ ἘΞΟΡΧΟΥΜΈΝΟΥΣ
ΔΕΙΚΝΎΣ, ΠΑΡΙΣΤΑ͂Ι ΤΗ͂Ι ΔΙ᾽ ἜΡΓΩΝ ἘΜΦΆΣΕΙ.
ΝΥ͂Ν ΤῊΝ ΤΈΧΝΗΝ ΘΑΝΟΥ͂ΣΑΝ, ὭΣΠΕΡ ἘΚ ΤΆΦΟΥ
ΠΗΔΩ͂ΣΑΝ, ἜΜΠΝΟΥΝ ἜΜΠΑΛΙΝ ΔΕΔΕΙΓΜΈΝΗΝ.
ΟΥ̓ΚΟΥ͂Ν ΓΈΡΟΝΤΕΣ ΚΑῚ ΝΈΟΙ ΤΈΧΝΗΣ ΦΊΛΟΙ
ΚΡΟΤΕΙ͂ΤΕ ΠΆΝΤΕΣ ΤΗ͂Σ ΓΡΑΦΗ͂Σ ΤῸΝ ἘΡΓΆΤΗΝ,
ΚΟΣΜΟΥ͂ΝΤΕΣ ΑΥ̓ΤῸΝ ὭΣΠΕΡ ἌΝΘΕΣΙΝ ΛΌΓΟΙΣ,
ὩΣ ΟἿΑ ΚΟΙΝῸΝ ΤΩ͂Ν ΒΡΟΤΩ͂Ν ΕΥ̓ΕΡΓΈΤΗΝ.[1]

ΣΩ-

(1) Tertii huius carminis dictio paulo simplicior et scripturae forma nonnihil dissimilis alium quoque poetam indicant. Quod si haec epigrammata autographa censenda sint, totus liber pro archetypo habendus erit non levi coniectura, quam et alia quoque signa confirmant. Eius autem marginem aliquantulo ampliorem olim fuisse patet, extremae enim literae alicubi abscissae apparent scholiorum, quae ab ipso NICETA esse

III.

Hippocrates exulta laetare valde,
Galene ſimul choreas duc, et rvfe plaude,
Chiron gaudium cape cordis ſinubus,
Ceterique omnes conficientes artem
Medicam laetemini licet defuncti,
Labores enim veſtros hoc modo nicetas deſcribens
Eleganter, ipſumque ſcriptum expoliens,
Atque omnino ingenioſe arte uſus,
Exponit pulcherrime corporum affectus,
Multaque genera colligit remediorum,
Admirationem omnibus qui intuentur afferentia.
Fracturas enim oſſium reponit et conglutinat,
Prolapſus retrahit in priorem compagem,
Perverſum recte ſtatuit in antiqua convenientia,
Colligationes vi diſruptas iterum nectit,
Conſtringit hiantia, tonumque firmat,
Iacenteſque dolore affectos ſaltantes
Oſtendens, ſiſtit operum repraeſentatione
Nunc artem demortuam, quaſi e tumulo
Surgentem, ſpirantem iterum exhibitam.
Senes igitur iuveneſque artis amici,
Plauſu omnes excipite libri artificem,
Ornantes illum ſermonibus ceu floribus,
Vt univerſim de mortalibus bene meritum.

eſſe videntur, non inutilia et emendate ſcripta. Refecti deinde marginis limbus inauratus fuit, idque antiquitus, nam aurum obductum pene evanuit vetuſtate. In omnium poſtrema pagina cuius dimidia fere pars dilacerata periit, leguntur quaedam verborum reliquiae intricato et continuo fere literarum ductu, qualia ſunt quae μονοκόνδυλα vocant antiquarii. Ea vero ſine magno periculo ſic legi ac ſuppleri poſſe arbitror.


τὸ


τὸ ΠΑΡΟΝ
βιβλΙΟΝ ΥΠΑΡΧΕΙ ΤΟΥ
ἰατρείου ΤΟΥ ΝΟΣΟΚΟΜΕΙΟΥ ΤΩΝ
μ̄. μαρτύρων ἜΧΕΙ ΔΕ ΦΥΛΛΑ
τετρακΟΣΙΑ ΕἼΚΟΣΙ ΠΕΝΤΕ ΜΗΝΙ ΜΑΙΩ,
ἰνδικτιῶΝΟΣ ἝΚΤΗΣ


Praesens liber est scholae vel officinae medicae nosocomii XL martyrum. Habet vero folia quadringenta viginti quinque mense maio indictionis sextae.

Publicum valetudinarium ad templum XL. martyrum Νοσοκομεῖον κατὰ τὸν ναὸν τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων confectum ab ISACIO Angelo imperatore circa an. Chr. MCXC ex aedibus regiis quas exctarat ANDRONICVS, memorat NICETAS Choniates historiae Byz. lib. XVII, quod huic inscriptioni omnium optime convenit eorum quae Constantinopoli fuisse feruntur. Vnde vel extremo saeculo XII vel ineunte XIII literas illas scriptas fuisse coniicimus, quando codex adhuc integer erat, necdum viginti illa folia amiserat, quibus HIPPOCRATIS duo libelli continebantur ut superius annotavimus pag 4. In eadem enim extrema codicis pagina, recentiori manu, sed quae tamen videtur esse saeculi XIV adscriptum est Ἡ παροῦσα βίβλος ἔχει φύλλα ΥΓ. *Hic liber habet folia* CCCCIII, licet sint revera CCCCV. Hinc patet illud infortunium nostro codici antea accidisse, quod confirmatur notis etiam numerorum barbaricis cuique folio iam dudum adscriptis eumdem terminum non excedentibus. Nos exemplum huiusce notationis et scripturae totius codicis tabella apposita repraesentavimus, gratum id fore sperantes eruditis, qui huiusmodi quoque diligentiam esse aliquid putare solent.

Specimina Scripturae Codicis Nicetae in Bibliotheca Medicea







Inscriptio extremae paginae

ΣΩΡΑΝΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΚΑΤΑΓΜΑΤΩΝ

SORANI EPHESII

DE SIGNIS FRACTVRARVM

E MEMBRANIS MEDICEIS FLORENTINIS

DESCRIPSIT ET INTERPRETATVS EST

A. COCCHIVS MVCELLANVS.

Σ Ω Ρ Α Ν Ο Υ

ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΚΑΤΑΓΜΑΤΩΝ

Α. σλς. ΕΠΙ ΚΡΑΝΙΟΥ

ΚΑ'ΤΑΓΜΑ' ἐςὶ διαίρεσις ὀςῦ, κατ' εἶδος δὲ ἐπὶ κρανίου, τὸ μὲν ὠνόμαςαι ῥωγμὴ, τὸ δὲ ἐγκοπὴ, τὸ δὲ καμάρωσις, τὸ δὲ ἐγγείσωμα, τὸ δὲ ἐμπίεσμα, τὸ δὲ ἀποσκεπαρνισμὸς, ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν καὶ ἀπήχημα, καὶ ἔλιγμα.

Β. σλζ. ΡΩΓΜΗ' μὲν ὖν ἐςὶν ἁπλῆ ῥῆξις ὀςέου παραπλησία ταῖς δρωμέναις ἐπὶ τῶν ὑελῶν σκευαρίων, ἡ μὲν ἄγαν ςενὴ καὶ τριχοειδὴς, ἡ δὲ πόσως πλατυτέρα, διαφέρυσα κατὰ μῆκος, ἐπεί ποτε μὲν κατὰ τῶν πλείςων ἐπιδιήκει μερῶν τῦ κρανίου, ποτὲ δὲ ἐνδοτέρω ῥαφῆς ὁρίζονται, καὶ κατὰ βάθος, ἢ γὰρ ἐξ ἐπιπολῆς μόνης ῥηγνῦσθαι τὴν ἐπιφάνειαν, ἢ μέχρι διπλόης, ἢ μέχρι μηνίγγων. Καταλαμβάνεται δὲ προαπεςαλμένων τῶν ὑποκειμένων τῇ ὄψει, ςενοῦ δὲ ὄντος τοῦ τραύματος μηλώσει. Λεπτῆς γὰρ μηλωτίδος ἐντεθείσης τραχύτης ὑποπεσεῖται. Διακρίνεται δὲ τῆς ῥαφῆς τῷ εὐθυτενεςέραν μὲν εἶναι τὴν ῥωγμὴν, νύττειν τε καὶ τραχύνειν ἐνιάκις τὰ ἐπικείμενα, σκολιωτέραν δὲ τὴν ῥαφὴν καὶ μηδέποτε τραχύνουσαν. Τὴν δὲ ἄχρι μηνίγγων καταληπτέον ἐκ τῶν παρεπομένων μήνιγγι νυσσομένῃ καὶ φλεγμαινύσῃ καὶ διαπυϊσκύσῃ, τὴν γὰρ μηδὲν τύτων ἐπιφέρυσαν ὐδὲ καταλαμβάνειν εὔχρηςον, τότε γὰρ δεῖται τῆς ἀνασκευῆς ὅταν ἐπιφέρῃ τι τῶν εἰρημένων.

Γ. σλη. ΕΓΚΟΠΗ' [2] δέ ἐςι ῥῆξις ὀςέου πλαγία γινομένη διὰ πρόπτωσιν ἐπάκμου σώματος, καὶ ταύτης δὲ παρὰ τὸ βάθος ἡ διαφορὰ παραπλησία τῇ ῥωγμῇ, κα-

(1) Cum quinque aut sex adhuc SORANOS agnoscat historia medicinae neque diiudicare certo possimus cuinam sit libellus hic tribuendus, suspicari interea liceat ab illo scriptum fuisse, qui Ephesi natus et Alexandriae doctus Romae flos medicorum fuit felicissima tempestate sub regno TRAIANI atque HADRIANI, ut refert SVIDAS. Memorat aliquoties eum GALENVS non modo sine maledicto, sed medicamenta eius aliqua referens. Citatur ab AETIO et nonnunquam a PAVLO, plurimumque ab AVRELIANO laudatur, ut eximius methodicae disciplinae magister, multaeque eius sententiae indicantur revera perquam salubres, librique nominantur *de cornotetis* hoc est *περὶ κοινοτήτων*. *Lib. IV Chronicor. Cap. I* Ea sunt communia illa morborum quae methodici inveniunt, neglecta rerum latentium coniectura, et imperita immensa atque fallaci singularium experimentorum observatione. In chirurgia quae communia contemplantur methodici alieni remotionem universim spectant, cuius in ipso corpore suborti speciem quandam fracturas faciunt, ut egregie exponit HERODOTVS seu quisquis est auctor libri introductionis vel medici qui inter Galenicos habetur *Edit. Basil. tom. IV p.* 3 a cuius verba sic alicubi paulo emendatiora leguntur. Αἱ δὲ ἐν χειρουργίαις κοινότητες κατὰ τὴν τοῦ ἀλλοτρίου ὑπεξαίρεσιν. Διττὸν γὰρ τὸ ἀλλότριον, ἤτοι ἔξωθεν ἐστὶν ἢ τῶν ἐν σώματι. Τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπλοῦν, τρία δὲ εἴδη τῶν ἐν σώματι. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἔξωθεν ἀλλότριον ὡς σκόλοψ καὶ βέλος καὶ πᾶν ὅπερ ἐνδύεται τῶν τελείων ἐξαίρεσιν. Τῶν δὲ ἐν τῷ σώματι τὸ μὲν τῷ τόπῳ ἀλλότριον ὡς ὑπόχυμα καὶ ἐξάρθρημα, καὶ ΚΑΤΑΓΜΑ, ἅπερ ἐνδέονται τῆς μεταθέσεως ἢ ἀποκαταστάσεως εἰς τὸν ἴδιον τόπον. Τὸ δὲ τῷ μεγέθει ἀλλότριον, ὡς τὰ ἀποστήματα πάντα .. τὸ δὲ τῇ ἐλλείψει ἀλλότριον .. οἷον τὰ κολοβώματα πάντα. κ. τ. λ. *In chirurgia communitates in alieni ablatione consistunt. Duplex enim alienum est vel extrinsecus illatum vel ex iis quae in corpore suboriuntur. Illud simplex, huius vero sunt species tres. Atque extrinsecus alienum est ut paxillus et telum et omne quodcunque* per-

S O R A N I

DE SIGNIS FRACTVRARVM

I. CCXXXVI. IN CALVARIA.

FRACTVRA est divisio ossis, specie vero in calvaria alia vocata fuit fissio, alia incisio, alia cameratio, alia subgrundatio, alia impactio, alia dedolatio, et ut aliqui dicunt etiam resonantia et inversio.

II. CCXXXVII. FISSIO igitur est simplex ossis fractura similis iis quae in vitreis vasculis spectantur. Alia quidem tenuissima et crinis specie, alia vero latior aliquantulum, differtque longitudine, quoniam aliquando ad plerasque calvariae partes pertinent, alias citra suturas terminantur, et altitudine, vel enim summa tantum superficie fractum os est, vel usque ad meditullium vel ad membranas. Deprehenditur quidem visu retractis antea quae subiacent, tentando vero ubi vulnus angustum est, tenui enim immisso specillo asperitas incidet. Distinguitur autem a sutura quod rectius extensa fissio sit et pungat nonnunquam et exasperet quae supra iacent, sutura vero tortuosior ac nunquam asperans. Quae membranam cerebri pertingit deprehendi debet ex iis quae hanc vel punctam vel inflammatam aut suppurantem consequi solent, eam enim quae nihil affert eiusmodi, neque scrutari commodum est, tunc quippe recognitione opus habet cum quid illorum attulerit.

III. CCXXXVIII. INCISIO est scissura ossis transversa quae fit a prolapsu corporis acie praediti, eiusque differentia quoad altitudinem eadem

perfectam ablationem indicat. Eorum quae in corpore fiunt aliud est loco alienum ut suffusio, et luxatum, et FRACTVRA, *quae indicant transpositionem vel restitutionem in proprium locum, aliud vero est magnitudine alienum, ut abscessus omnes —, aliud est alienum defectu — cuiusmodi sunt mutila omnia, et cet.* Vnde liquet eum qui communia morborum tractare instituit, de FRACTVRARVM signis dicere debuisse, adeoque partem hanc esse posse illorum SORANI methodici librorum περὶ [illegible]. Ipsaque in hoc libello tractatio rerum duntaxat manifesto apparentium, sine ulla virium occultarum contemplatione, eiusdem SORANI morem illum laudabilem aliunde notum planissime ostendunt. Totius libri argumentum est de fracturis universim, titulus vero ἐπὶ κρανίου alia manu in codice adscriptus indicat primam tantummodo particulam, quam rem videtur vel minus animadvertisse vel consulto praeteriisse VIDIVS, cum ipsi haec capita subobscure innuens *Chirurg. e Graec. convers. pag. 72 ed. Paris.* a se indubie visa in codice regis Galliae ait SORANI *scripta de vulneribus capitis adhuc extare*, quasi haec integrum librum conficerent. Vulnera appellat imitatione HIPPOCRATIS in capite, quae aliis ipsique SORANO sunt fracturae.

(a) Sic recte est INCISIO non EXCISIO ut apud VERTVNIANVM et alios, quibus ἘΚΚΟΠΗ' legitur in locis GALENI et PAVLI quos adducunt. Omnes fefellit PAVLI codicum etiam veterum scriptura in quibus ut vidimus in MEDICEIS mendose est Ἐκκοπὴ Ἐγγίσωμα. Ἐκπίεσμα. In definitionibus medicis GALENI *Oper. t. IV. pag.* 399. Ἐγκοπή ἐστιν ὀστοῦ διαίρεσις μετὰ τοῦ ἐκκλασθῆναι τὸ πληγὲν ὀστοῦν. Henr. STEPHANVS in *Dictionario medico p.* 288 interpretatur *Excope est ossis divisio qua os offensum est fractum* voluit certe dicere *infractum*. De SILVANO minus mirum qui *refractum* habet *Edit. Lat. Lautar. vol. I p.* 48 legisse enim videtur ἀνάκλασιν, PAVLVM secutus, cui Ἐκκοπή ἐστι διαίρεσις τοῦ κρανίου μετὰ ἀνακλάσεως τοῦ πεπονθότος. *Excisio est divisio calvariae cum ossis affecti refractione*, ut vertit CORNARIVS *lib.* VI. *cap.* XC. Sed haec admodum obscura sunt si cum perspicua et rei aptissima SORANI nostri descriptione comparentur.

καταληπτὴ δὲ τῇ ὁράσει, μέχρι οὗ ποτὲ καὶ τὸν τῆς μήνιγγος ὁρᾶσθαι παλμόν.

Δ. σλθ. ΚΑΜΑ'ΡΩΣΙΣ δέ ἐςιν δυοῖν ὀςέων ἀνάκλασις πρὸς ἄλληλα τὴν συνέρεισιν ποιησαμένων, ὅταν ἔπακμόν τι σφηνωθὲν μετὰ βίας ἀνασπασθῇ, καταλαμβάνει δὲ τοῦτο ὄψις. Πρὸς δὲ τὴν σημείωσιν ὄγκος ὑποπεσεῖται μετὰ τραχύτητος. Ἐσθ' ὁπότε δὲ καὶ τῆς διπλόης σωζομένης, καθ' ὃ συνήρεικεν ἀλλήλοις τὰ χείλη, δι' ἧς κενεμβατεῖ καθιέμενον τὸ ἄκρον τῆς μηλωτίδος.

Ε. σμ. Ε'ΓΓΕΙ'ΣΩΜΑ δέ ἐςιν ὀςέου ῥαγέντος ὑπὸ τὸ ἀντικείμενον ὑποδρομὴ, θλίψιν ἐπιφέρουσα μηνίγγων, ποτὲ μὲν κατὰ πᾶν ἀπολελυμένης τῆς κατὰ βάσιν συνεχείας, ποτὲ δὲ κατά τι μενούσης.

ϛ. σμα. Ε'ΜΠΙ'ΕΣΜΑ δὲ ῥῆξις ὀςέου πολυμερὴς μετὰ τοῦ ὑφιζηκέναι τὸ καταγὲν, ὡς καὶ θλίψιν ἀποτελεῖν. Καταλαμβάνει δὲ ἑκάτερον ὄψις καὶ μηλωτὶς, κοῖλον γὰρ ἑκάτερον μετὰ τῆς ἐν κύκλῳ τραχύτητος ὑποπίπτει, καὶ σύνεικον τὸ καταγὲν ὀςοῦν πάντως.

Ζ. σμβ. Α'ΠΟΣΚΕΠΑΡΝΙΣΜΟ'Σ δὲ ὁλοτελὴς ὀςοῦ ἀποκοπὴ παράλοξος, καθάπερ ἐπὶ τῶν σκεπάρνοις ἀποτελεκομένων ξύλων, καὶ ἀποσύρματα λέγεται, συναφαιρουμένης καὶ τῆς ἐπικειμένης σαρκός.

Η. σμγ. Α'ΠΗ'ΧΗΜΑ δέ ἐςιν κατ' ἐνίους ἡ ἐκ τῶν ἀντικειμένων τοῖς πεπληγόσι μέρεσιν τοῦ κρανίου γενομένη ῥωγμὴ, δίχα τραύματος τῶν ἐπικειμένων.

Θ. σμδ. ΘΛΑ'ΣΜΑ δὲ κατ' ἐνίους τὸ ἐπὶ τῶν παιδῶν τοῦ ὀςέου κοίλωμα, παραπλησίως τοῦ ἐπὶ τῶν δερματίνων ἢ μολυβίνων ληκύθων ἄνευ ῥήξεως. Ὁ μέν τοι ΔΗΜΗ'ΤΡΙΟΣ τοῦτο ἐμπίεσμα καλεῖ.

Ι. σμε. ΠΕΡΙ' δὲ τοῖς ἄλλοις τόποις κατάγματα γίνεται, τὰ μὲν σχιδακηδὸν ὡς ἀπ' εὐθείας σχίζεται, τὰ δὲ καυληδὸν ἢ ῥαφανηδὸν ἢ σικυηδὸν, τὰ δὲ εἰς ὄνυχα ἢ καλαμηδὸν ὑπολόξως κατὰ πέρας εἰς ἄλληλα, ὥςε περιφέρειαν ἔναγμον γί-

Antiochensis saeculo XII. cuius verba citat CARPVS *de fractura calvae cap I.*

(4) Vulgo vocant *Contrafissuram*, ut PAREI interpres *Lib. IX. de vulnerib cap I. et VIII.* CELSVS non nominat ubi hanc innuere videtur *lib. VIII cap. IV.* neque CARPVS, qui de hac disputat libro *de fractura calvae* fol. XI VIDIVS qui librum manuscriptum nostro similem prae manibus habuit, sic ait in commentario ad HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis* pag 72 *Hic est postremus fracturae modus quum plaga in una parte est, altera os finditur SORANVS cuius scripta de vulneribus capitis adhuc extant, voluit quemadmodum in vitro ita in osse capitis ictu unius partis non solum alteram findi, sed contrariam, quam sententiam reprehendit PAVLVS Aegineta et cet.* unde videtur male coniunxisse postrema verba particulae primae huiusce libelli cum primis secundae, in quibus liquido apparet SORANVM satis apposite comparasse fissionem calvariae rimis vitreorum vasculorum, non autem resonantiam, de qua hic suo loco longe diversa tradit, ac se huiusmodi fracturam numquam vidisse prodit. PAVLI verba sunt *lib VI cap XC pag* 211, *lin.* 10. [illegible] *At hi falluntur non enim sicut in quibusdam vitreis vasis ut ipsi dicunt ita et hic fit.* Si tacito nomine SORANVM hic intelligit PAVLVS patet ipsum a confusa scriptura sui codicis fuisse deceptum, atque in criticum hunc errorem VIDIVM induxisse, quem hic sagacitas sua deseruit. Euiusque vestigia persecuti recedunt pariter a vero FALLOPPIVS *Comment in HIP. de vuln capitis cap. XVI* et VERTVNIANVS eodem *commentario* in eundem librum *pag.* 65 et quicumque alii SORANI libello hoc antea latente non inspecto, cum resonantiae auctorem et inconcinnae illius comparationis reum faciunt. Opportunum hic fortasse fuerit admonere, eaque in VESALII postumo opere chirurgiae *lib. II cap II.* leguntur sex paginas implentia editionis Venetae an. MDLXIX *a fol* 91 *usque ad* 94. eadem prorsus esse quae prostant apud FALLOPPIVM *cap. XIV. commentarii in HIP de vuln cap* paulo antea editi, vocula tantummodo aliquot immutatis [illegible] mendo admisso, quo citatur SORANVS *lib. VIII c IV. in tractatu de vuln capitis* Indicium istud in margine FALLOPPII est loci CELSI, cuius testimonio ibi utitur.

(5) Idem hoc est quod [illegible] superius particula I. memorata, quae PAVLO dicitur *lib VI cap XC,* [illegible] *compulsio et quasi* INFLEXIO *ad interna calvariae*

(6) Hic ille est forte ille DEMETRIVS cuius liber citatur ab AVRELIANO *Chronicor. lib V cap IX* dictus ibi

Apa-

γίνεσθαι σχήματι ὄνυχος παραπλησίαν, τὰ δὲ κατὰ ἀπόθραυσιν ὡς πανταχόθεν ἀπολελυμένην ἔχειν τὴν συνέχειαν, τὰ δὲ αλφιτηδὸν, καὶ καρυηδὸν, ὅσα εἰς ἄραγμα πολυμερῶς εἰς λεπτὰ μέρη ῥήγνυται.

ΙΑ. σμϛ. Περὶ ῥινός. Ῥινὸς μὲν ὢν καταγείσης σημείωσις γίνεται ἡ σκολίωσις, ἐνίοτε καὶ ἀποθραύεταί τι μέρος αὐτῆς, καὶ διὰ τῶν δακτύλων μετάγεται. Τὴν δὲ ἄνευ πάσης διαστροφῆς ῥῆξιν διὰ μηλωτίδος καταλαμβάνομεν, ἢ καὶ δακτύλων, ἐπισυστομένων τῶν ἐπικειμένων.

ΙΒ. σμζ. Περὶ γένυος. Γένυς δὲ ῥαφανηδὸν μὲν πολλάκις, σχιδακηδὸν δὲ ὀλιγάκις κατάγνυται, ποτὲ δὲ καὶ κατὰ θραῦσιν ἀδιάστροφος μένει, ἢ διαστρέφεται συννεύουσα ἢ παραλλάσσουσα ἄνω ἢ κάτω, ἔσω ἢ ἔξω περιτρεπομένη. Σημειωτέον δὲ τὸ ἐπὶ ταύτης κάταγμα τῇ ὑπεροχῇ, καὶ τῇ κοιλότητι, καὶ τῇ διαστροφῇ τῇ πρός τι τῶν εἰρημένων μερῶν, ὥστε μὴ κεῖσθαι τοὺς ὀδόντας αὐτοῖς καταλλήλως, καὶ τῷ πρὸς τὴν διὰ τῶν δακτύλων κίνησιν ψόφον γίνεσθαι καὶ νυγμὸν, ἐν δὲ τῇ συννεύσει τὴν ὑπεροχὴν ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ τοῦ στόματος εὑρίσκομεν. Γινομένης δὲ περιοχῆς ἢ κοιλότητος κἀν ταῖς ἐξαρθρήσεσι, διακριτέον τὸ πρὸς τοῖς κορωνοῖς ῥαφανηδὸν γινόμενον κάταγμα, διὰ τοῦ κινεῖσθαι κατὰ τὴν διὰ τῶν δακτύλων παραγωγὴν, τὸ ἐξάρθρημα δὲ ἀκίνητον εἶναι μέχρι τῆς διαστάσεως.

ΙΓ. σμη. Περὶ κλειδός. Κλειδὸς δὲ καταγείσης σχιδακηδὸν μὲν πλατυτέραν αὐτῆς τὴν θέσιν ὁρῶμεν, πρός τε τὴν ἐπέρεισιν τῶν δακτύλων ἐντυποῦται τὸ δέρμα εἰς παραμήκη κοιλότητα, καὶ προσεπινύττεται. Ῥαφανηδὸν δὲ πρὸς τὴν ἐπέρεισιν τῶν δακτύλων κινούμενον ὑποπίπτει τὸ ὀστοῦν, καὶ πρὸς τὴν παραγωγὴν διὰ τῆς ψαύσεως τρίζον, ὁ δὲ θώραξ φαίνεται στενότερος περιτριπτῆς γενομένης, ὁρᾶται δὲ καὶ διαστροφὴ καὶ ὄγκος καὶ κοιλότης. Εἰς ὄνυχα δὲ τὸ ἄκρον τοῦ κατάγματος στενότερον ὑποπίπτει, καὶ σκόλοπι παραπλησίως νύσσει τὸ σύγκριμα. Ἀλφιτηδὸν δὲ πολλάκις, καὶ ἀνωμαλία τοῖς δακτύλοις ὑποπίπτει.

ΙΔ. σμθ. Περὶ ὠμοπλάτης. Τῆς ὠμοπλάτης τὸ μὲν τραπεζῶδες εἰ καὶ σπανίως ῥήγνυται καὶ ἐμπιέζεται.

ΙΕ. σν. Περὶ ῥάχεως. Ἡ δὲ ῥάχις θραύεται, καταλαμβάνεται δὲ τραύματος μὲν γενομένου διὰ τῆς ὄψεως, χωρὶς δὲ τραύματος ἡ μὲν ἁπλῆ ῥῆξις διὰ τῆς πρὸς τοὺς δακτύλους ὑποπίπτει ἀνωμαλίας σὺν τῷ τοπικῷ πόνῳ. Τὸ δὲ ἐμπίεσμα διὰ τῆς κοιλότητος καὶ ἀλγήματος νυγματώδους καὶ νάρκης τοῦ παρακειμένου βραχίονος, καὶ εἴξεως, καὶ ψόφου. [2]

Ιϛ. σνα. Περὶ στέρνου. Στέρνου δὲ ἡ μεσότης μὲν διαιρεῖται καὶ ἐμπιέζεται, τὸ δὲ ἄκρον ἀποθραύεται. Τὴν μὲν οὖν ῥῆξιν σημειωτέον, διὰ τὴν πρὸς τοὺς δακτύλους ἀνα-

Apameus et mendosa fortasse scriptura *Attaleus lib. III. cap XVIII. Acutorum*, et *Apenicus lib. II. cap. XXXIII* Ipso libri I. initio et alibi saepius HEROPHILI sectatoc fuisse declaratur eiusque non vulgares aliquot sententiae traduntur Patria Apamea indicare videtur eundem hunc esse DEMETRIVM Bithynum ab HERACLIDE Tarentino laudatum apud GALENVM *de compos. medicament. per gen. lib. IV. cap VII*, ac proinde antiquiorem HERACLIDE fuisse, qui discipulus MANTIAE fuit, qui HEROPHILVM ipsum audivit clarum circa annum ante CHR. CCC, adeout coniicere liceat DEMETRIVM hunc SORANO memoratum floruisse circa ann. ante CHR. CCL. Mirum est vix esse nominatum a CLERICO in *historia medicinae* ubi tantum dicitur *pag. 325. ab AVRELIANO citari in rebus levis momenti*

(2) Recte SORANVS torporis hic mentionem fecit qui fracturam seu impactionem ἐμπίεσμα processuum po-

respondentibus, adeout ambitus acuminatus sit unguis specie. Aliae comminutim dissolutam undique continuitatem habentes, aliae in farinam vel nucium modo, quae scilicet in collisu multifariam in tenuia frusta confringuntur.

X. CCXLVI. DE NASO. Nasi fracti signum est obliquitas, nonnunquam pars eius aliqua abrumpitur, quae digitis movetur. Fracturam quam nulla distortio sequitur specillo deprehendimus, vel etiam digitis, cum superpositae partes punguntur.

XI. CCXLVII. DE MAXILLA. Maxilla vero saepe raphani modo, raro autem assulatim frangitur, aliquando etiam a collisu manet non perversa, vel pervertitur inclinata, vel cedens sursum, aut deorsum, interius aut exterius circumacta. Huius fracturae signa sunt, vel quid iis partibus extans vel cavum vel depravatum, adeout sibi dentes mutuo non respondeant, tum quod sonus et punctio fiat a motu prementium digitorum. Quando inclinatur deorsum, extuberans aliquid in oris cavo deprehendimus. Cum vero impressio vel cavatio luxatae quoque accidat, distinguendum probe est. Fractura quae fit ad rostra maxillae raphani modo, dignoscitur quod moveatur dum ope digitorum adducitur, luxata vero immobilis sit usque ad seiunctionem.

XIII. CCXLVIII. DE IVGVLO. Iuguli assulatim fracti positum latiorem videre est, digitorumque impressione cutis in longum cavatur, et superne punctio sentitur. Si fractum sit raphani modo, adigentibus digitis os motum cedit ac dum adducitur contractu stridet, pectus vero angustius apparet si conversio fiat simulque distortio tumor et cavum spectantur. In fractura ad unguem ossis apex solidior se offert, et quasi quidam aculeus carnem pungit. Farinae modo saepe fit et inaequalitas tum digitis obiicitur.

XIV. CCXLIX. DE SCAPVLA. Scapulae latum os etsi rarius, confringitur tamen et subigitur.

XV. CCL. DE SPINA. Spina autem colliditur, deprehenditurque, si vulnus adest, visu, si vero cutis integra est, simplex fractura sub digitos cadit ob inaequalitatem cum dolore loci. Impactio vero dignoscitur ex cavo ac dolore pungente, et torpore adiacentis brachii, et cessione, ac fragore.

XVI. CCLI. DE PECTORE. Pectoris medium finditur et impellitur, summum vero abrumpitur. Distinguenda igitur fractura est ex inaequalitate

posteriorum consequitur, longe tamen perniciosior quam qui hoc loco indicatur. Ossiculis enim illis comminutis medullam per ea descendentem comprimi, pungi, atque inflammari necesse est, et subiectas corporis partes universas resolvi, ac vesicae et recti intestini vim constringentem amitti, adeout urina et excrementa vel supprimantur vel sine voluntate prorumpant. Qua certissima atque evidentissima nota nos saepe coniecimus vertebrae alicuius processum spinosum introrsum contractum fuisse, et cum mors plerunque vel cita vel tarda insecuta sit, incisis corporibus, id mali solum fuisse vidimus, etsi nullo modo vertebrae exciderint. Aut qui id parum perspexisse videntur, a quibus noxae et pericula vertebris luxatis tribuuntur, quae revera fractarum sunt. Hoc infortunium longe frequentius quoque quam illud accidere comperimus, secus ac illi putarunt, ut videre est apud CELSVM *lib VIII cap IX*. ubi emendatius quam in ALMELOVEENIANIS editionibus pag 531 legendum est, ut habet vetustus codex MEDICEVS et Florentina editio princeps. SI ID QVOD (vulg. *quid*) *ex vertebra*

ad digitos, et ex fragore, impulſio ex cavatione et ceſſione. Inſequitur difficultas ſpirandi ac tuſſis et punctio, nonnunquam et ſanguinis exſcreatio.

XVII. CCLII. DE COSTA. Coſta fracta inaequalitas digitis ſe offeret et fragor et diſtortio, et plerunque introrſum inclinatio, dolorque pungens cum difficultate ſpirandi ac tuſſi, nonnunquam ſanguis quoque exſpuitur.

XVIII. CCLIII. DE COXARVM OSSIBVS. Coxarum oſſa in extremo ſeu ſpina colliduntur, in medio franguntur per longitudinem, et intro pelluntur, dolores pungentes facientia, adiacentiſque cruris torporem. Adducenda huc ſunt quae de ſignis circa ſcapulam diximus, itemque et ad oſſa pectinis.

XIX. CCLIV. DE HVMERO ET FEMORE. Humero fracto vel femore, diſtortio fit aliquo e quatuor locis, plurimumque in femore fit antrorſum, eo enim naturaliter curvatum eſt. Inſequitur vero tumor qua parte divertit, et locus concavus fit unde traducitur, ac motus a manuum appoſitione et fragor et impreſſio longitudinis.

XX. CCLV. DE BRACHIO ET CRVRE. Oſſium brachii et cruris ubi utrumque comminutum ſit ſimilia iis accidunt quae in humero et femore. Alterius vero oſſis diſtortio minus mali habet. Declinatio fit duobus in locis, in priorem et poſteriorem. Si cubitus laeſus eſt in interiorem, ſi radius in exteriorem, ſi tibia in poſteriorem, ſi fibula in priorem.

XXI. CCLVI. DE PATELLA. Patella fracta motus ſe oſtendit continentium partium quae in ea ſunt, et concavus locus et fragor.

XXII. CCLVI. DE PRIMA ET ALTERA PALMAE PARTE ET DIGITORVM OSSIBVS ET DE PLANTA AC DIGITIS. Oſſa carpi et metacarpii et ſcutularum et tarſi et digitorum omnium comminuta moventur et fragorem edunt, itemque et os cubo ſimile.

XXIII. CCLVIII. DE TALO. Talus non frangitur quod fibula et oſſe cubo ſimili contineatur, [1] eademque de cauſa neque auris os neque colli vertebra quae cavo abſconduntur.

Communiter de omnibus animadvertendum eſt periculum adeſſe ubi cum vulnere et diſiunctione oſſa laeduntur. Affectae enim partes quaſi aculeis vexantur, et conſenſus, nigrities, vocis amiſſiones, et frigora conſequuntur. Intelligendum quoque eſt ea quae accidunt iuxta articulos difficiliora eſſe quam quae in mediis membris, nam additamentum non ex aequo recipiunt. Ac de fracturis iſta ſunt ſatis.

ORI-

EXCEDIT (vulg *excidit*) ALIQVO MODO (vulg *aut al. m*) *fractum eſt etc.* et eiuſdem *libri cap* XIV, et apud PAVLVM *lib* VI *cap* XCVIII. et CXVII, quibus egregiis ceteroquin viris non licuit eſſe tam beatos, ut mortis et morborum cauſſas cultro certiſſime ſcrutari poſſent, quod nos facere ſaepenumero ſolemus

(1) Cum os pedis quod GALENVS aliique vocant *κυβοειδὲς cubo ſimile* talum non pertingat neque contineat, videndum an verior ſcriptura fuerit *σκαφοειδεῖ*, os enim naviculare talo committitur, cuius priorem partem recipit in interno pedis latere. Sin proba cenſenda eſt illa lectio, quam exhibent membranae, intelligendum fortaſſe eſt rei convenientius eo nomine os calcis, quo id ipſum indicaſſe videtur BACCHIVS apud EROTIANVM v. Κυβοειδεῖ, ut eſt in editione H. ST. ΒΑΚΧΕΙ͂ΟΣ *φησὶ κυβοειδεῖ ὀστέῳ, τῇ πτέρνῃ*. *BACCHIVS inquit cubi formam habenti oſſiculo, calcaneo*. Diligentiſſimus EVSTACHIVS dum haec interpretatur addit particulam *ἐν*, vel de ſuo, vel codicis Vaticani auctoritate, quaſi in eo fuerit *ἐν πτέρνῃ*, et calcanei partem BACCHIVS cubo ſimilem vocaverit. FOESIVS *Oecon HIP.* v *Κυβοειδεῖ* legit *καὶ τῇ πτέρνῃ*, vertitque *aut calce*. Liber manuſcriptus EROTIANI chartaceus ſaec. XVI. ſed admodum bonus, quem habeo, cum STEPHANI editione in his omnino con-

ἀνωμαλίαν καὶ τῦ ψόφυ. Ἐμπίεσμα διὰ τῆς κοιλότητος καὶ τῆς συνείξεως, ἑπομένης δυσπνοίας καὶ βηχὸς καὶ νύξεως, ποτὲ δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγῆς.

ΙΖ. συβ. ΠΕΡΙ ΠΛΕΥΡΑΣ. Πλευρᾶς δὲ καταγείσης ἀνωμαλία πρὸς τὺς δακτύλυς ὑποπεσεῖται, καὶ ψόφος, καὶ διαστροφὴ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰς τὸ ἔνδον ἀπόνευσις, ἀλγήματά τε νυγματώδες μετὰ δυσπνοίας καὶ βηχὸς, ἐνιάκις δὲ καὶ ἀναγωγῆς αἵματος.

ΙΗ. συγ. ΠΕΡΙ ΙΣΧΙΩΝ. Τὰ δὲ τῶν ἰσχίων ὀστᾶ κατὰ πέρας θραύεται, καὶ κατὰ τὴν μεσότητα παρὰ μῆκος ῥήγνυται, καὶ ἐμπιέζεται, νυγματώδεις πόνυς ἀποτελοῦντα, καὶ τοῦ παρακειμένυ σκέλυς νάρκαν. Μετακτέον οὖν τὴν ἐπὶ τῆς ὠμοπλάτης σημείωσιν, ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν τῆς ἥβης ὀστῶν.

ΙΘ. συδ. ΠΕΡΙ ΒΡΑΧΙΟΝΟΣ ΚΑΙ ΜΗΡΟΥ. Βραχίονος δὲ καταγέντος ἢ μηρῦ, διαστροφὴ γίνεται πρὸς τὺς τέσσαρας τόπυς, πλεοναζόντως δὲ ἐπὶ μηρῦ γίνεται πρὸς τὸν ἔμπροσθεν, καὶ γὰρ εἰς τύτυς φυσικῶς γεγαυσῶται. Παρέπεται δὲ ὄγκος εἰς ὃ διαστρέφεται, κοιλότης δὲ ἐξ οὗ μετάγεται, κίνησις δὲ πρὸς τὴν διὰ τῶν χειρῶν παραγωγὴν καὶ ψόφος, καὶ συνέρεισις τοῦ μήκυς

Κ. συε. ΠΕΡΙ ΠΗΧΕΟΣ ΚΑΙ ΚΝΗΜΗΣ. Τῶν δὲ τοῦ πήχεος ὀστῶν καὶ τῶν τῆς κνήμης, ἑκατέρων μὲν καταγέντων, τὰ ὅμοια τοῖς ἐπὶ βραχίονος καὶ μηρῦ, τοῦ δὲ ἑτέρυ τῶν ὀστῶν ἡ διαστροφὴ μὲν ἧττον. Παραλλάττει δὲ εἰς δύο τόπυς, τὸν ἔμπροσθεν καὶ τὸν ὀπίσω, καὶ εἰ μὲν ὁ πῆχυς ἔπαθεν, τὸν ἔσω, εἰ δὲ κερκίς, τὸν ἔξω, καὶ εἰ μὲν ἡ κνήμη, καὶ τὸν ὀπίσω, εἰ δὲ ἡ περόνη, καὶ τὸν ἔμπροσθεν.

ΚΑ. συϛ. ΠΕΡΙ ΕΠΙΓΟΝΑΤΙΔΟΣ. Ἐπιγονατίδος δὲ καταγείσης κίνησις ὑποπίπτει τῆς κατ᾽ αὐτῆς συνεχείας καὶ κοιλότης καὶ ψόφος.

ΚΒ. συζ. ΠΕΡΙ ΚΑΡΠΟΥ ΚΑΙ ΜΕΤΑΚΑΡΠΙΟΥ ΚΑΙ ΣΚΥΤΑΛΙΔΩΝ ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΥ ΚΑΙ ΔΑΚΤΥΛΩΝ. Τὰ δὲ τοῦ καρποῦ καὶ μετακαρπίου καὶ σκυταλίδων καὶ ταρσοῦ καὶ δακτύλων ἁπάντων ὀστᾶ καταγνύμενα, κινεῖται καὶ ψοφεῖ, παραπλησίως δὲ καὶ τὸ κυβοειδές.

ΚΓ. συη. ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΑΓΑΛΟΥ. Ἀστράγαλος δὲ ὐ κατάγνυται, διὰ τὸ περιέχεσθαι περόνῃ καὶ κυβοειδεῖ. Διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὔτε τῦ ὠτὸς οὔτε τοῦ τραχήλου ὁ σπόνδυλος, κέκρυπται γὰρ τῇ κοιλότητι.

Κοινῶς δὲ ἐπὶ πάντων σημειωτέον κίνδυνον, ὅπου μετὰ τραύματος καὶ μετ᾽ ἐκπορπίσεως, τῶν καταγέντων ὀστῶν γέγονεν ἡ πεῖσις, ἐπινύσσεται δὲ κύρια μέρη καὶ συμπάθεια παρακολουθεῖ, καὶ μελασμοὶ καὶ ἀφωνίαι καὶ καταψύξεις. Καὶ εἰς τὰ παρὰ τοῖς ἄρθροις δὲ γίνομενα, τῶν κατὰ μέσα τὰ κῶλα χαλεπώτερα σημειωτέον, οὐ γὰρ ἐξ ἴσου δέχεται τὴν ἐπίδοσιν. Καὶ περὶ καταγμάτων ἀπόχρη τοσαῦτα.

congruit. Animadvertendum quoque est ipsum SORANUM videri proximis ante verba κυβοειδές hoc eodem sensu pro calcis osse usurpasse, facta seorsim atque universim ossium tarsi mentione, neque aliter ipso calcaneo indicato. CELSUS de his ossibus lib. VIII. cap. I p 507. sic scribit, ut est in cod. MEDICEO. *Excipitur autem crus infra osse ex transverso talorum, id quo ipsum super os calcis IUNCTUM (vulgo situm) est, quod quadam parte sinuatur, quadam excessus habet, et procedentia ex talo recipit,* ET (v. *et*) *in sinum eius inseritur.* Postrema SORANI verba similia sunt illis CELSI *lib.* VIII. *c* X *pag* 531. ex eodem codice. *Communia etiam quaedam humeris brachiis* FEMINIBUS. (*v. femoribus*) *cruribus digitis. Siquidem ea minime periculose media franguntur,* QUO (*v. at quo*) *propior fractura capiti vel superiori vel inferiori est eo peior est, nam et maiores dolores affert et difficilius curatur.* EA (*v. earum*) *maxime tolerabilis est simplex* TRANSVERSA (*v. eaque transversa*) *peior ubi* MULTA FRAGMENTA ATQUE UBI *obliqua* (vulg. *obliqua atque ubi fragmenta*), *pessima ubi eadem acuta sunt.* Sed quoniam certum est ubicumque CELSI testimonio utendi occasio erit, pretiosi singularisque codicis fructum capere, de quo magna doctorum opinio iamdiu percrebuit, libet hic nonnulla de eo proferre,

quae

quae fortasse non displiceant eruditis, quibus ille scriptor optimae frugis atque elegantissimus in deliciis esse consuevit. Gratum id praesertim futurum esse confido inclyto MORGAGNIO, qui nuper edita plena magni iudicii summaeque eruditionis epistola VII. in CELSUM honorificentissimis verbis me ad variantes eius lectiones omnes e nostro illo codice promendas perbenigne invitavit. Faciam quidem satis doctissimo viro quamprimum aliquid otii dabitur mihi ab officiis minus voluntariis, interea tamen pauculis hisce ea de re in hoc loco sedes non inopportuna visa est.

CELSI codices manuscriptos in bibliotheca MEDICEA habemus septem, plutei LXXIII. primos, sex nempe membraneos, unumque chartaceum. Eorum primus satis est antiquus, literis minoribus, saeculi ut videtur XII. alios praeterea libellos continens medicinales, scriptos ab eodem librario, qui alicubi Germanicae pronunciationis indicia prodidit, alias mire mendosus, et adeo indoctus, ut in titulo APULEII de herbis pro CHIRONE fecerit *CICERONEM Centaurum magistrum Achillis*. Eiusdem tamen codicis auctoritas, quoad CELSUM permagna est, utpote descripti a vetustiori exemplari, quod maioribus literis fuisse crediderim, in vocibus enim minus notis eae hic retinentur, etsi a reliquo contextu diversae, foliisque paucis deminutum, et in aliis praeposterum fuisse videtur, sed optimae lectionis vestigia superesse in ipsis erratis non raro deprehenduntur. Verissimum quippe saepius experti sumus ad aliorum verba restituenda, nihil aeque opitulari, ac veteriorem, ipsique autographo propiorem scripturam. Insignis defectus qui in CELSI lib. IV. c. XX occurrit in editionibus LINDENII et ALMELOVEENI pluries repetitis pag. 234 v. 2 solo asterisco, in utraque autem ALOI vacuo quoque spatio notatus, manifesto demonstrat cetera omnia quae nunc supersunt exemplaria manuscripta ab uno manasse vetustissimo, de quo duo folia deperdita casu aliquo fuisse eo loco in omnibus fere indicantur. Codex vero hic MEDICEUS ab alio fortasse antiquiori libro descriptus fuit, in quo defectus ille maior aliquanto fuerat, etsi librarius in exscribendo imprudens mutila illa et hiantia ut et alibi perversa non attenderit. Is est magni moduli, crassus integer, fuitque medio saeculo XV e libris Alberti PARISII rei publicae Bononiensis cancellarii, cuius gratia lectus fuit an. MCCCCLXV a Baptista marchione PALAVICINIO episcopo Regiensi, qui eum contulit cum suo codice usque ad lib. VIII. cap. IX, ubi adnotat *Hinc usque ad finem huius libri corrigi bene non potuisse defectu vetustissimi ac corruptissimi exemplaris*, adiecitque in extremo *Correxi ego et emendavi manu propria melius quam potui B. Marchio* PALAVICINUS *episcopus Regiensis*. Fronti autem praemisit epistolam eidem PARISIO qua dicit *Librum illum Cornelii* CELSI, *quem ab ipso exegerat, etsi priscam plurimamque antiquitatem redoleat, mendis tamen oppletum esse et mancum*. Deinde gloriatur *Magna fide et diligentia quaeque etiam minima prosecutum esse, effecisseque ut iam possint plenae sententiae excerpi ex libro illo, qui prius lectione sua confusus erat et insipidus, cuique Apolline magis quam lectore opus erat, oratque ut annotet si quas putaverit ex suis notulis corrigendas, ita enim magis sibi persuadebit reliquas illi placere, si quasdam displicere cognoverit, ultimumque librum ait in suo codice pariter ut in hoc fragmentatum fuisse etc. Regii Kal. Decembr.* MCCCCLXV. Cuiusmodi fuerit ille PALAVICINII codex aut quo evaserit me latet, et an ipse nonnullas ab ingenii sui vena emendationes insperserit, quod ni fallor ex allatis eius verbis licet suspicari, id vero comperi non uno in loco deletam lectionem sensum longe commodiorem afferre quam quae supponitur. Anno MCCCCLXXXX hic ipse codex fuerat a STEPHANO Mediolanensi medico Bononia missus Florentiam ad POLITIANUM, cuius iussu collatus fuit ab eius familiari Petro Mathaeo UBERTO Florentino cum impresso FONTII, in quo id eius manu adnotatum vidi in amplissima bibliotheca RICCARDIORUM procerum celeberrimo LAMIO praefecto perhumaniter ostendente. In illa UBERTI adnotatione indicatur *Hunc ipsum fuisse librum, quem* FONTIUS *olim habuerat, cuius exemplo imprimenda sua exemplaria curavit, quamvis falso dicat in epistola exemplaria quaedam e Gallia* SAXETTI *opera habuisse*. Cui quidem crimini aequum est non temere credere, licet FONTII illa princeps editio cum hoc MEDICEO codice plurimum congruat. Ab eo absunt omnia quae in editionibus ALMELOVEENIANIS occurrunt post verbum *imponere* pag. 222. v. 10 ad *subiicienda sunt* pag. 234. v. 2 quae cum PALAVICINIUS e suo codice suppleverit, ibi adnotavit, *Praeter haec desunt adhuc in vetustissimo exemplari duo folia*. Duplicis lectionis exemplum a nostro codice sic interpolato multis in locis exhibitae vox est RESIMA lib. VII. c. XXVI p. 477. v. 30. ed. ALM. ubi agitur de incisione calculosorum, pro qua ab emendatore scribitur STRICTIORIMA. Haec praesertim visa est aptissima una cum illa defectus indicatione, ex quibus omnes alii CELSI codices probentur, ac diiudicentur. Secundus itaque CELSI codex MEDICEUS est primi item moduli, ac nitide scriptus, sed non antiquior saeculo XV. in quo idem *duorum foliorum in vetustissimo exemplari* defectus indicatur, et pro QUA RESIMA scriptum est QUA STRAGESIMA. Eodem modo legitur, et in tertio, qui paulo antiquior est secundo, eiusdemque moduli, ac nitidis literis scriptus, initio ut videtur eiusdem saec. XV. in cuius margine ad eundem locum adnotatum olim fuerat *Desiderantur in vetustissimo exemplari duo folia*, quae verba deinde abrasa nunc obscure apparent. Quartus eiusdem aetatis forma et nitore aliis similis, sine indicio tamen fragmenti illius deperditi, habet QUA STRICTIORIMA posteriori scriptura, vetere scilicet abrasa. Quintus item aliis similis, quem *Antonius* MARII *filius Florentinus civis atque notarius transcripsit Florentiae* VIII *Id. Iul.* MCCCCXXVII. nullo defectus indicio, et cum QUA STRAGESIMA, quod pariter est in sexto simili et ab eodem homine scripto VIII. *Id. Iul.* MCCCCLIII. Fuit *liber Petri de* MEDICIS Cos. filii, et ad locum illum hiantem signa quaedam appicta habet deperditae partis stellam et crucem, imo et plura ibi omittit. Septimus est chartaceus, in quo haec adnotata sunt. *Exaratus manu Nicolai* NICOLI *viri diligentis et eruditi, qui abundavit copia antiquorum exemplariorum, cuius scripturae Angelus* POLITIANUS *magnam fidem habere solitus erat, itaque ipsius testimonium saepe citat. Quod tibi lector cognitum esse volui, ne forte cum tu non satis vetustum librum videres subito contemneres, neque ipsi aliquid auctoritatis habendum putares. Baccius* BALDINUS. Fuit hic COSMI primi magni ducis Etruriae medicus arte ac facundia nobilis, ipsique MEDICEAE bibliothecae praefectus circa an. MDLXXX. In eodem codice defectus ille indicatur his verbis margini adscriptis *Desunt in vetusto exemplari duo folia*.

Ex hac recensione patet primum codicem ceteris longe praestare, cumque duplicem plerumque lectionem offerat suam scilicet, aliamque ab emendatore PALAVICINIO adiectam, illius praecipue rationem esse habendam utpote minus ab origine recedentis, nisi mendum sit manifestum. In eo est enumeratio *auctorum medicinae qui Graeca lingua scripserunt*, inter quos recensetur SORANUS, inter HIPPOCRATEM HERACLIDIS fil. et GALENUM, suntque ibi SORANI nomine inscripti *Gynaeciorum* libri VI. multis mendis et barbarie scatentes, quorum duo priores dialogis constant inter SORANUM et SOTERIDEM obstetricem. Quaerere distuli an sordida haec scripta aliquid habere credenda sint SORANI illius iunioris Ephesii cuius *Muliebrium* libri IV. SUIDAE memorantur, et an de hac ipsa obstetrice intelligenda sint verba illa ex epistola FAUSTINAE augustae ad M. AUR. imp. apud VULCATIUM in vita CASSII, inter scriptores historiae augustae, SOTERIDA *medicam in Formianum ut dimittas rogo, ego autem* PISITHEO *nihil credo, qui puellae virgini curationem nescit adhibere*. Sic enim potius legendum puto quam SOTERIDAM *medicum* ut libri habent vulgati.

OPI-

ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΥ

ΤΩΝ ΤΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ

ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ

Ο ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ

ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΓΜΑΤΩΝ

OPIBASII PERGAMENI

COLLECTIONIS MEDICINALIS

SEPTVAGINTA LIBRORVM

QVADRAGESIMVS SEXTVS

DE FRACTVRIS

E MEMBRANIS MEDICEIS FLORENTINIS

DESCRIPSIT ET INTERPRETATVS EST

A. COCCHIVS MVCELLANVS.

ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΓΜΑΤΩΝ

Λ. μϛ.

Ε᾽Κ ΤΩ῀Ν ΓΑΛΗΝΟΥ῀

ΕΠΕΙΔΗ᾽ λέλυται τῆς συνεχείας τὰ τοῦ κατεαγότος ὀςοῦ μόρια, σκοπὸς μὲν τῆς θεραπείας αὐτῶν ὁ γοῦν πρῶτος ἕνωσις. Ε᾽πεὶ δ᾽ ὅτος ἀδύνατος, διὰ τὴν τῶν πεπονθότων μορίων ξηρότητα, πλὴν γὰρ τῶν μαλακῶν ἱκανῶς ὀςῶν, ὡς ἐπὶ τῶν παιδίων, ὐκ ἐγχωρεῖ δέξασθαι σύμφυσιν, δεύτερος ἄλλος ὁ διὰ τῆς τῦ πώρυ κολλήσεως ἀπόκειται σκοπός. Σκεπτέον ὖν ἐφεξῆς ὅτῳ μάλις᾽ ἄν τις τρόπῳ τῦτο πράξειεν. Τεττάρων δὲ ὐσῶν ἐνεργειῶν ἐν τῇ τῶν καταγμάτων θεραπείᾳ, κατατάσεως, διαπλάσεως, ἐπιδέσεως, ἀποθέσεως, ἀπὸ τῆς κατατάσεως ἄρχεσθαι προσήκει τὴν θεράπειαν.

Εἰ μὲν οὖν εἴη μικρὸν τὸ κάταγμα, φυλάξει τὴν οἰκείαν θέσιν ἑκάτερον τῶν τῦ παθόντος ὀςῦ μορίων, εἰ δ᾽ ὅλον συντριβείη τὸ ὀςοῦν, ἀναγκαῖον ἐν τῷδε παραλλάττειν αὐτοῦ τὰ μέρη, καὶ χρὴ κατ᾽ εὐθὺ πρότερον αὐτὰ ποιήσαντας, τῶν ἐφεξῆς τι πράττειν. Ε᾽ξει δέπυ τὴν τοιαύτην θέσιν ἐὰν ἐπὶ τἀναντία παράγηται τὰ ἐξεςῶτα, τῶν θατέρων μερῶν ἀντωθυμένων μετρίως. Α᾽λλ᾽ ἐν τῷ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν

ἄγειν

(1) De patria ORIBASII Pergamo dubitare nos nequaquam finit luculentum EVNAPII testimonium non modo eius aequalis, sed amici familiarissimi. Cur Sardianum vocaverit SVIDAS videant critici, an esse potuerit a male coniunctis EVNAPII verbis Ι᾽ΩΝΙΚΟ᾽Σ δὲ ὢν μὲν ἐκ Σάρδεων, quae sermonem de ORIBASIO proxime sequuntur, etsi de IONICO dicta sint illius condiscipulo. Librum hunc *De fracturis* esse quadragesimum sextum totius *Collectionis* ad IVLIANVM augustum in septuaginta distributae, ex hoc ipso MEDICEO codice coniecimus, in quo is qui consequitur liber *De luxatis* numero XLVII, ad oram distinguitur, ut superius explicavimus *pag* 6 Eiusdem *Collectionis magnae* codicibus bibliotheca MEDICEA caret, ut et librorum IV. ad EVNAPIVM Ibi sunt duntaxat codices duo librorum IX. compendii ad EVSTATHIVM filium, alter bombycinus satis emendate scriptus saec. XIV pluteo LXXIV n XV. in cuius postrema pagina scriptum est Βιβλίον τῶν Κατηχουμένων τῆς ἱερᾶς Λαύρας τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Α᾽ΘΑΝΑΣΙ᾽ΟΥ τοῦ ἐν τῷ Α᾽θῳ. Alter est n. XVII eiusdem plutei in membrana vetusta densa, sed saeculo item XIV. scriptus, non tamen adeo emendatus, neque integer, primis scilicet decem capitibus mancus Alterius integerrimi idem initium est, ac eius, quem ex LAMBECIO refert FABRICIVS *Bibl. Gr. tom. IX pag* 551. ubi ORIBASIVS ipse planissime fatetur se IVLIANI imperatoris iussu opus confecisse ἐν Ε᾽ΒΔΟΜΗ᾽ΚΟΝΤΑ βίβλοις, ut supervacaneum sit dubitare an fuerint LXXII licet hunc numerum habeat SVIDAS. Res levicula non tamen hic praetereunda videtur ORIBASII nomen in hoc eodem codice perpetuo scribi cum afflatus nota, ac plerumque in altero codice, et in ipso NICETAE exemplari, quasi deductum ab Ο᾽ΡΩ. *termino*, et ΒΑ᾽ΣΕΙ *sede* vel *fundamento* Nos receptam scripturam non temere mutandam sine doctorum suffragio censuimus, cum praesertim satis obvia sit derivatio a composito nomine Ο᾽ΡΕΙΒΑ᾽ΤΗΣ *qui per montes incedit*. In eodem codice locus ille de *Lycanthropia lib* VIII. *c.* X. de quo sollicitum se ostendit doctissimus FREINDIVS *Hist. med. p. I. pag.* 20. cum Graeca verba videre non potuerit sic habet. Οἱ τῇ λυκανθρωπίᾳ κατεχόμενοι νυκτὸς ἐξίασι τὰ πάντα λύκοις μιμούμενοι καὶ μέχρι ἡμέρας περὶ μνήματα ΔΙΑΤΡΙ᾽ΒΟΥΣΙ. Quod verbum pariter est apud AETIVM *lib* VI. *c.* XI. in codice MEDICEO *plut* LXXV n V. bombycino vetusto optimo manu IOANNICII scripto, in quo haec leguntur Οἱ τῇ λεγομένῃ κυνανθρωπίᾳ ἤτοι λυκανθρωπίᾳ νόσῳ κατεχόμενοι κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα, νυκτὸς ἐξίασι τὰ πάντα μιμούμενοι λύκους, καὶ κύνας καὶ μέχρι ἡμέρας περὶ τὰ μνήματα μάλιστα ΔΙΑΤΡΙ᾽ΒΟΥΣΙ. Quae cum similia prorsus sint illis ORIBASII ex ea epitome ad EVSTATHIVM filium, credibile est utraque e maiore opere ipsius ORIBASII fuisse desumpta, ex aliquo nempe librorum qui nunc desiderantur, ubi illud MARCELLI

frag-

ORIBASII
DE FRACTVRIS.

I. XLIX.

E LIBRIS GALENI

QVONIAM fracti ossis partes continuitate solutae sunt propositum curationis erit primarium coniunctio, cumque haec fieri nequeat ob affectarum partium siccitatem, non nisi mollibus admodum ossibus ut puellorum sunt coalescentibus, reliquum est ut eae callo glutinentur. Videndum proinde quonam pacto quis efficere id valeat. Cum vero sint in fractorum curatione quatuor actus, extensio, commissio, deligatio, collocatio, consentaneum est ab extensione curationem ordiri.

Si parva quidem fractura fuerit utraque affecti ossis pars suam sedem servabit, at si totum os perfractum sit, necesse est eius partes aliam super aliam efferri, quas oportet committere in rectum priusquam quid amplius fiat. Huiusmodi autem positum habebunt, si adversa adducantur quae exciderunt utraque parte contra modice impulsa. Sed fracta ossa dum in

op-

fragmentum fortasse primus protulerat. notum enim est et in ipsis manuscriptorum titulis indicatum AETII opus esse praecipue λειψάνων τῶν τριῶν βιβλίων ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ τοῦ πρὸς ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ καὶ τοῦ πρὸς ΕΥΣΤΑΘΙΟΝ καὶ τοῦ πρὸς ΕΥΝΑΠΙΟΝ. Eademque repetit FABRICIVS aliquantum concisa, servans tamen illud ΔΙΑΤΡΙΒΟΥΣΙ, quod probum et germanum est in omnibus ex quo per errorem librarii factum est in aliquibus minus bonis AETII exemplaribus manuscriptis mendosum illud ΔΙΑΝΟΙΓΟΥΣΙ, quod in impressa irrepsit et interpretes fefellit ut monumenta aperire dicerent, quod revera est circa ea degere, sententiamque penitus corruperint, ut bene GORRAEVS coniecerat emendans διάγουσι, eumque secutus FREINDIVS, sed nostrorum codicum lectio verissima est. AETII ille maiorem quoque auctoritatem habet quod ab eo absint magica illa ridicula, quae alicubi adsuta a fatuis exscriptoribus incaute ab editoribus postea et interpretibus accepta fuere. Absunt praesertim quae ad finem cap. L libri VIII leguntur in editione CORNARII ad eductionem eorum quae in tonsillis arverata sunt verborum quorumdam vi, ob quae AETIVS ipse superstitionis insimulatur a FABRICIO Bibl. Gr. t. VIII. p. 319. Sed cum codex optimus hic MEDICEVS egregie purgat.

Quod hic nos primum caput distinximus in codice NICETAE est totius seriei XLIX. ut ex praemisso generali indice apparet, cuius quoque numeros esse retinendos putavimus. Desumpta autem sunt haec e variis GALENI librorum locis contractiora aliquantum, aptioreque ordine disposita, quam quae apud eum sparsim leguntur, nonnullaque hic apparent, quae non facile est indagare unde transcripta fuerint. Quam ob rem neque haec excerpta negligenda visa sunt, quamvis alibi ipsius GALENI nativa loquentia abunde frui liceat. Sic et ORIBASII liber XXIV. magnae collectionis, quo continentur Anatomica ex libris GALENI an. MDCCXXXV. Lugd. Bat. iterum editus a clarissimo DVNDASSIO Gr. et Lat. eruditis est acceptissimus. Prima verba usque ad vers. 16 pag. 57. sunt e lib. VI. Methodi c. V. tom. IV. ed. Basil. p. 101. v. 49. usque ad p. 102. v. 34. multis tamen demtis aliisque leviter immutatis, ac sententiis aliquot huc traductis et immixtis ex commentariis in HIPPOCRATIS libros de fracturis, de articulis, et de officina, ut ea est hic versu 14. occurrens, quae respondet ed. Basil. t. V. p. 576 v. 11 adeout vel hinc pateat ORIBASIVM e disiectis comminutisque GALENI particulis non inconcinnum hunc sermonem contexisse, quem ego nunc denuo non dissolvam, neque singulos locos inquiram unde quaeque verba desumpserit, et quae redundantia omiserit. Improbus hic esset, ac supervacaneus labor, cum GALENI libri satis omnibus pateant, nosque in hoc opere suscipiendo praecipue solliciti fuerimus de medicorum veterum fragmentis, quae barbaries aut GALENI celebritas non abolevit.

oppoſitum compelluntur non leve periculum eſt ne eorum acies collidantur, et fragmenta commiſſarum partium intericcta impediant quo minus ſe conſtringant quae reponuntur. Si vero quid forte extra oſſa exciderit, neque ſic iunctio fiet exquiſite cum oſſium acies cavis non aptentur. Quod ſi eae ſemel diffringantur, et diſſolvantur, vacuum locum inter oſſa commiſſa relinqui neceſſe eſt, in quem collectos humores corrumpi mora, ſimulque totum membrum labefacere conſequens eſt. Quam ob rem diſtantium oſsium commiſſuram fieri oportet, ea vero recte inſtitui ſine extenſione non poteſt.

Debet ergo extenſio fieri vel manibus ſi membrum parvum ſit, aut laqueis circumiectis, aut etiam inſtrumentis. Poſtquam vero ſatis extenſa fuerint, neque amplius periculum ſit ne adducta collidantur, in rectum poni debent, ac laquei laxari, muſculiſque permittendum eſt, ut diſtantia in ſuas ſedes reducant, eaſque ſimul manibus contrectanda, et ſi aliquantulum aliud ſuper aliud effertur corrigenda, et conformanda ſunt. Medicorum quidem alii putant melius eſſe fractum membrum non protinus extendere, ſed lenientes primum, ad extenſionem demum devenire tertia vel quarta die ab initio. HIPPOCRATES [1] vero contrarium prorſus oſtendit, convenientius ſcilicet eſſe initio membrum extendere, ac tertia et quarta maxime die lenire.

Extenſio autem fiat praecipue in iis membris, in quibus et maiora et craſſiora oſſa ſunt et valentiores muſculi. Hi namque per vim intendi magis debent, quod contrahi natura valeant in ſua capita. Extenſio quidem minor quam par eſt hanc ſolam affert calamitatem, quod fractorum conformationem, et luxatorum repoſitionem fruſtretur, nullum praeterea proprium damnum habens, ut ea quae iuſto maior ſit, haec enim et dum efficitur hominem cruciat, ac deinde inflammationes, febres, diſtentiones nervorum, et aliquando etiam reſolutiones inducit. Minus vero pueri quam grandes natu nimia intentione laeduntur ob humorem et mollitiam corporum, itemque eunuchi et feminae, et quicunque humidi et molles natura ſunt.

Vt autem commiſſorum oſſium poſitio immota ſervetur, faſcia comprehendere fracturam oportet ac modice adſtringere, ut neque atteratur, et ob id fiat dolor, nec vinctura ſit adeo exſoluta, ut moveri ob laxitatem fractura poſſit. Hi ſunt igitur faſciarum compreſſionis fines, quos exquiſite aſſequi initio quidem non poteris, ſed poſtquam aliquoties deligaveris, accurate enim advertens quanta ſit intentio retrorſum, dum faſcia circumvolvitur, et deinde interrogans eum qui deligatur, quomodo ſe affectum ſentiat ab applicatis linteis, cum ite-

(1) GALENI operum *tom.* v. *pag.* 568. v. 20. *Comm.* III. in HIP. de fracturis occurrunt quae his reſpondent uſque ad v. 20. Ea vero quae ſequuntur uſque ad *verſ.* 23. ſunt e *Comm.* II. in HIP. *officin.* *tom.* v *p.* 695. v 33. Quos locos conferre ſatis erit ad rationem eligendi cognoſcendam, qua uſus eſt ORIBASIVS, ut ſua haec excerpta faceret ſaepe ipſis GALENI ſcriptis meliora, quae fortaſſe habuit quoque minus cor-

ἄγειν ἑκάτερον, ὡ μικρὸς ὁ κίνδυνος θραυσθῆναί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν, καὶ μεταξὺ τῶν συναγομένων μερῶν ἱσαμένας, κωλύειν ψάυειν ἀλλήλων τὰ συναρμοττόμενα. Εἰδ' ἄρα καὶ δυνηθείη τι πρὸς τὸ ἐκτὸς τῶν ὀςῶν ἐκπεσεῖν, οὐδ' οὕτως ἀκριβῶς ἡ ἁρμονία γενήσεται, τῶν ἐξοχῶν μὴ ἁρμοζομένων ἐν ταῖς κοιλότησιν. Θραυσθεισῶν δὲ αὐτῶν ἅπαξ καὶ ἀπολυομένων, κενὴν χώραν ἀναγκαῖον ἀπολειφθῆναι μεταξὺ τῶν ἁρμοζομένων ὀςῶν, εἰς ἣν ἰχῶρας ἀθροιζομένες, εἶτ' ἐν τῷ χρόνῳ σηπομένες, ὅλον ἅμ' ἑαυτοῖς τὸ κῶλον ἀνάγκη διαφθεῖραι. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν χρὴ τῶν ὀςῶν τὴν παραγωγὴν [2] ποιεῖσθαι διεςώτων, αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο πάλιν οὐχ οἷον τε καλῶς ἐργάσασθαι χορὶς ἀνατάσεως.

Χρὴ τοίνυν ἢ διὰ τῶν χειρῶν εἰ μικρὸν εἴη τὸ κῶλον, ἢ διὰ βρόχων περιβαλλομένων, ἢ καὶ σὺν αὐτοῖς ὀργάνων, τὴν ἀντίτασιν ποιεῖσθαι. Ἐπειδὰν δὲ ἱκανῶς διαταθῇ καὶ μηκέτ' ᾖ κίνδυνος ἀλλήλοις ἐνερείδοντα παράγεσθαι, κατ' εὐθὺ θέμενον ἀνεῖναι τοὺς βρόχυς, ἐπιτρέψαντα τοῖς μυσὶν συνάγειν εἰς ἑαυτὰ τὰ διεςῶτα, συνεφάπτεσθαι δὲ ἐν τύτῳ καὶ αὐτῶν ταῖς χερσὶν, εἴτι που παράλλαττοι μικρὸν, ἐπανορθούμενόν τε καὶ διαπλάττοντα. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἰατρῶν [3] ἔνιοι νομίζουσιν, ἄμεινον εἶναι μὴ κατατείνειν εὐθέως τὸ καταγὸς κῶλον, ἀλλὰ παρηγορήσαντας πρότερον, οὕτως ἥκειν ἐπὶ τὴν κατάτασιν ὕςερον, ἡμέρᾳ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ μετὰ τὴν ἀρχὴν, ὁ δ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ τὸ ἐναντιώτατον ἐπιδείκνυσιν, ἁρμόττειν ἐν ἀρχῇ μὲν κατατείνειν τὸ κῶλον, ἐν δὲ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ μάλιςα τῶν ἡμερῶν παρηγορεῖν.

Γενέσθω [4] δὲ ἡ διάτασις κατ' ἐκεῖνα μάλιςα τὰ μόρια καθ' ἃ μέγιςα καὶ πάχιςά ἐςιν τἀτ' ὀςᾶ, καὶ οἱ περὶ αὐτὰ μύες, ὗτοι γάρ εισιν οἱ μάλιςα κατατείνεσθαι δεόμενοι, διὸ καὶ μᾶλλον ἀνασπᾶσθαι πεφύκασιν ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν κεφαλάς. Ἡ μὲν ὧν [5] ἧττον τοῦ συμμέτρου γινομένη διάτασις μόνην ἀποτυχίαν φέρει, διαπλάσεως μὲν ἐπὶ τῶν καταγμάτων, ἐμβολῆς δ' ἐπὶ τῶν ἐξαρθρημάτων, [6] ὐ μὴν ἄλλην γέτινα βλάβην ἰδίαν ἔχει, καθάπερ ἡ μᾶλλον, αὕτη γὰρ ὀδυνηρὰ μὲν ἐνεργουμένη, φλεγμονὰς δὲ ἐξ ὑςέρου καὶ πυρετὺς καὶ σπασμοὺς, ἐνίοτε δὲ καὶ παραλύσεις ἐπιφέρει. Ἧττον δ' οἱ παῖδες τῶν τελείων ἐπὶ τῇ πλεονασθείσῃ τάσει βλάπτονται, διὰ τὴν ὑγρότητα καὶ μαλακότητα τῶν σωμάτων, εὐνῦχοί τε ὁμοίως καὶ γυναῖκες, καὶ οἱ ἐκ φύσεως ὑγροὶ καὶ μαλακοί.

Ὅπως [7] δ' ἂν φυλάττοιτο τῶν διαπλασθέντων ἡ θέσις ἀσφαλὴς, δεσμῷ περιλαβεῖν τὸ κάταγμα, καὶ σφίγγειν μετρίως, ὡς μήτε θλίβειν, καὶ διὰ τοῦτο ὀδύνην γενέσθαι, μήθ' ὕτως ἐκλύειν τὴν σφίγξιν, ὡς διὰ χαυνότητα κινεῖσθαι τὸ κάταγμα. Σκοποὶ μὲν [8] οὖν ὗτοι τῆς τῶν ἐπιδέσμων πιέσεως, ἀκριβῶς δ' αὐτῶν ςοχάζεσθαι κατ' ἀρχὰς μὲν οὐχ οἷοντε, πολλάκις δ' ἐπιδήσαντα δυνατόν. Προσέχων γὰρ ἀκριβῶς τῷ ποσῷ τῆς τάσεως [9] ἧς ἐποιήσω περιβάλλων τὸν ἐπίδεσμον, εἶτ' ἐρωτήσας τὸν ἐπιδούμενον ὁποίας αἰσθάνεται τῆς ἐπιβολῆς τῶν ὀθονίων, ἐκ δευτέρου

H πάλιν

corrupta quam quae ad nos pervenere. In CELSI de hac re praeceptis *lib.* VIII. *c.* X. *p.* 532. sic habet MEDICEUS codex *si primis diebus id omissum est inflammatio oritur, sub qua et difficile et periculose vis nervis adhibetur, nam* DISTENTIO (vulg. *distentionem*) *nervorum vel cancer sequitur, vel* CERTUM EX *mitissime* AGATUR (vulg. *certe cum mitissime agitur*) *pus*. A manu vero episcopi emendatoris ibi est *ut dimitissime alatur pus*, quod et FONTIUS in prima editione admisit, atque inde alii acceperunt.

(2) Cum sermonem hunc integrum GALENI de fracturis e libro VI. methodi cap. V. inseruerit quoque suae col-

πάλιν ἐπιβαλὼν εἴσῃ πότερον [10] ἐκλῦσαι δεῖ τὴν τάσιν ἢ προσαυξῆσαι. Θλίβεσθαι μὲν γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ πρόδηλον ὡς ἐκλῦσαι προσῆκον, οὕτω δὲ εἶναι χαλαρὸν εἰπόντος, ὡς ὅτι μηδ' εἰ περίκειται γιγνώσκειν, ἐπαυξῆσαι. Δεῖ δὲ κἀκεῖνο προσεννοεῖν, ὅτι τῶν σωμάτων ὅσα μὲν ἰσχυρὰ καὶ σκληρὰ, βιαιοτέρας ἀνέχεται τῆς τάσεως, ὅσα δ' ἀσθενέστερα καὶ μαλακὰ, τῆς ἀνειμένης ταῦτα χρήζει.

Φησὶν δ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ [11] καὶ οἰδημάτιον ἔσεσθαι μαλθακὸν ἐν ἄκρᾳ τῇ χειρὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, ἐὰν συμμέτρως πιέσωμεν. ὡς εἴγε μηδ' ὅλως, ἢ σκληρὸν εὕροιμεν, εἰδέναι χρὴ σαφῶς ἐνδεέστερον μὲν πεπιέχθαι τὸ κάταγμα, μηδ' ὅλως εὑρεθέντος, ἐπὶ μᾶλλον δὲ τεθλίφθαι σκληροῦ φανέντος. Πρόδηλον δ' ὡς μεγάλου καὶ ἀντιτύπου φανέντος οἰδήματος ἐν ἄκρῳ τῷ κώλῳ κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, αὐτίκα λυτέον [12] ἐστὶν, καὶ καταντλητέον ὕδατι πολλῷ θερμῷ παραχέοντα δαψιλῶς ἐλαίου, ἐπιδεῖν δὲ μετρίως πιέζοντα. Εἰ δὲ μηδ' ὅλως εἴη γεγονὸς οἴδημα κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν λύσας, ἐπίδησον εὐτονώτερον. Εἰ δὲ μέτριον εἴη γεγονὸς, ὁ μὲν ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ἐπιλύει, καὶ τοῦτο διὰ τρίτης, ΕΓΩ [13] δ' εἰς τὴν τετάρτην ἡμέραν ἀναβαλλόμενος ἐνίοτε, καὶ μάλιστ' ἐν χειμῶνι, χεῖρον οὐδὲν εὗρον ἐκ τούτου γενόμενον.

Εἰ μὲν οὖν [14] ἰσοπαχὲς ἦν ἕκαστον τῶν μορίων ὁ πλατύτατος ἂν ἐπίδεσμος ἄριστος ὑπῆρχεν, ὅλον ὁμαλῶς τε καὶ συνεχῶς ἐκ παντὸς μέρους περιλαμβάνων τὸ κατεαγός. Ἐπεὶ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, τῷ μὲν θώρακι περιβάλλειν ἐγχωρεῖ τὸν πλατὺν, οὔτε δὲ ἐπὶ τῶν κώλων οὔτ' ἐπὶ κλειδὸς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀμείνων ὁ στενὸς, μήτε ῥυτιδούμενος, ἅπαντός τε μορίου ψαύων. Ἀλλ' οὗτός γε οὐκ ἀσφαλὴς, ὀλίγαις λαβαῖς συνέχων τὸ κατεαγός. Ὅσον οὖν εἰς ἀσφάλειαν αὐτῷ διὰ τὴν στενότητα λείπει, τοῦτ' ἔκ τε τοῦ πλήθους τῶν περιβολῶν, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ ὑγιὲς νομῆς προστιθέναι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ μὲν οὖν [15] τό τε πλάτος καὶ τὸ μῆκος τῶν ἐπιδέσμων ὥρισεν ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, εἰπὼν ΤΡΙΩ͂Ν Ἠ ΤΕΤΤΆΡΩΝ ΠΗΧΈΩΝ ΜῈΝ ΜΗ͂ΚΟΣ, ΔΑΚΤΎΛΩΝ ΔῈ ΠΛΆΤΟΣ, τῶν ἰδίων δηλονότι τοῦ ἐπιδεομένου. γελοῖον γὰρ τριῶν ἐτῶν εἰ τύχοι παιδίον, οὕτως μακροῖς ὀθονίοις ἐπιδεῖν, ὡς ἀνδρὸς τελείου τεσσάρων εἶναι πηχῶν τὸ μῆκος. Βέλτιον δὲ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ κατάγματος ἁρμοττομένους ἡμᾶς εὑρίσκειν τὸ μῆκος τῶν ὀθονίων, εἰ γὰρ δὶς μὲν καὶ τρὶς αὐτῷ τῷ κατάγματι περιβάλλειν χρὴ, μετὰ δὲ ταῦτα πυκναῖς ταῖς ἐπιβολαῖς χρώμενον ἄνω τελευτῆσαι, πολὺ τοῦ ὑγιοῦς ἐπιλαμβάνοντα [16], τηλικοῦτον δηλονότι τὸ πρῶτον ὀθόνιον προσήκει ὑπάρχειν, ὡς ἐξαρκέσαι ταῖς εἰρημέναις ἐπιβολαῖς. Ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἐπιδέσμους γιγνέσθω τὸ μῆκος αὔταρκες, ὡς ταῖς ὑπ' αὐτοῦ γιγνομέναις ἑλίξεσιν [17] ἐξαρκέσαι.

Τὸ

collectioni NICETAS particula XLIV. interpretamentum ibi hoc otae adscriptum est in nostro codice antiqua manu fortasse autographum Παραγωγή ἐστιν ὀστοῦ ἢ ὀστῶν μεταγωγή, διεστραμμένου ὀστοῦ κατὰ ἀνάκλασιν, εἰς τὸν τόπον τὸν κατὰ φύσιν. *Adductio est ossis vel ossium translatio, ossis perversi ob fracturam, in naturalem sedem.*

(3) Desumpta haec sunt e commentario III. in HIP. de fract. ed Bas. T. v. p. 568. v. 20 ad 23.

(4) E commentario III. in HIP. de officina T. v. pag. 696. v. 33 ad 35.

(5) Ibi versu 41. et seq.

(6) Emendanda hinc lectio impressorum videtur habentium Οὐ μὴν ἀλλ' ἤν γ' ἔτι βλάβην ἰδίαν ἔχει, καθ' ἃ ἂν ἢ μᾶλλον αὐτὰ ἰσχυρὰ μὴ ἐπιγενομένη. Quae sic minus commode vertere coactus est VIDIUS *Sed si valentius extendantur proprium affertur detrimentum, quo quidem tempore vis adhibetur, dolor excitatur.*

(7) Meth. Lib. VI. cap. v. ed. Bas. t. IV. p. 102. v. 36.

(8) Comm. I. in HIP. de fract. t. v. p 532. v. 44.

(9) Codex habet ΕΙΣΕΠΟΙΗΣΩ emendandum ut ἐκτ-

iterum religabis fcies utrum laxare an augere intentionem oporteat. Si enim is atteri dicat manifeftum eft exfolvi debere. Sin autem laxum fe adeo fateatur, ut an vinctus fit non dignofcat, augenda vinctura eft. Illud quoque animadvertendum eft valida ac dura corpora violentiorem intentionem ferre, imbecilliora vero et mollia remiffam expetere.

Dicit HIPPOCRATES nonnihil tumoris mollis in manu extrema futurum poftridie, fi moderate adftrinxerimus, fin aliter vel nullum omnino, vel durum tumorem reperiamus, fcire licet illud effe indicium debilioris vincturae, hoc vero vehementioris quam par eft. Conftat vero fi tumor magnus et renitens in extremo membro deprehendatur poftero die, ftatim folvendum effe, et multa calida aqua perfundendum, adiecto abunde oleo, et modica compreffione religandum. Sed fi nullus omnino tumor altera die factus fit, tertia folutum, rurfus deligandum arctius. Quod fi moderate id factum fuerit HIPPOCRATES quidem folvit atque id tertio die, EGO vero in quartum differens aliquando, ac maxime hieme, deterius nihil inde evenire deprehendi.

Si autem utraque fracti pars aeque craffa fuerit latiffima fafcia optima erit, totam fracturam aequabiliter et continue undique comprehendens. Sin autem id non fit eiufmodi, pectus circumdari lata fafcia poteft, membra non item, neque clavicula, fed in his quidem melior erit angufta non rugofa et omnes partes tangens. Non haec tamen fatis firma eft paucis prehenfionibus fracturam continens. Quantum igitur ei ob anguftiam deeft ad firmitudinem, tantum addere numero voluminum et fuper fanas partes circuitione.

HIPPOCRATES profecto latitudinem et longitudinem fafciarum definivit in libro de medici officina cum dixit TRIVM AVT QVATVOR CVBITORVM LONGITVDO SIT AC TOTIDEM DIGITORVM LATITVDO, propriorum fcilicet illius qui deligatur. Ridiculum enim effet fi puerulus trimus obtingat tam longis eum linteis deligare quae quatuor perfecti hominis cubitos aequent. Satius erit ad fracturae magnitudinem apte linteorum longitudinem reperire. Cum enim bis vel ter fracturam circuire opus fit, et deinde crebris fuperlationibus in fuperiore parte definere, multumque membri qua fanum eft comprehendere, manifeftum eft ea longitudine primam fafciam effe debere, quae adiectionibus illis fufficiat. Aliae pariter fafciae longitudinis fatis habeant ad neceffarias circuitiones perficiendas.

H 2 Fa-

ἐπιδεῖν et interpretandum *quanta fit intentio quam feiffi fafciam circumvolvens*. VIDIVS vertit. *Animadvertentes modum adftringendi cum vinculum iniicimus*.

(10) Hinc emendanda impreffi exemplaris lectio p 532. v 47. ἴσας πρῶτα quae VIDIVM decepit ut male vertendo fic fententiam corruperit *Iterum aeque ac primo iniicientes laxare vel adftringere oportet*.

(11) Verba funt ex eod. GALENI comment p 535. v. 27.

(12) Impreffus liber habet ἀποκαθίστασιν male.

(13) Loquitur ipfe GALENVS p 535. v. 40

(14) Haec funt ex eodem lib VI Methodi cap v. t. IV. p. 102. v 41 ad 47.

(15) Comment. II. in HIP. de fract. t. v. p. 514. v 40. ufque ad 58

(16) Hinc emendanda lectio exemplaris impreffi ἄνω τελευτήσας πολὺ τοῦ ὑγιοῦς ἐπιβάλλοντα, quam VIDIVS prae oculis habuit, vertens *Voluta non prius finienda quam integrae fedis plurimum complexa fuerit*.

(17) Sic habet codex quafi a recto ὅλῳς et fi haec vox

Fasciarum latitudinem reperies ad ea respiciens quae HIPPOCRATES tradidit dum ait CONTINERI NON ADSTRINGI. Illud vero contineri et congruentibus fasciis cohiberi idem significat ac firmari, quod fiet si lintea non nimium lata parentur, huiusmodi enim dum convolvuntur in rugas replicari solent. Quanquam alioqui latius linteum, utpote quod plus loci comprehendit, firmius cohibet fractas ossium partes, et hoc nomine latior quidem fascia praestaret. Sed quoniam qua parte corrugatur laxior fit, ibique minus firme comprehendit corpora quibus advolvitur, ideo non omnino latam eam esse oportet. Augere tamen eatenus fasciae latitudinem debes quoad liceat, dummodo nulla illius pars unquam laxetur. Ideoque omnia haec melius praestabit quicunque fuerit exercitatus. Fines enim sunt coniecturales, quos nemo consequi scribendo aut legendo possit.

Sed quoniam fasciae quae sine dolore carnem premunt et constringunt, vim habent exprimendi humores ab iis locis, quibus primum iniiciuntur, et deponendi ac defigendi ubi desinant, consentaneum puto incipere ab ipso affecto loco atque inde in sanum tendere. Duabus igitur fasciis praeparatis prima a loco affecto sursum versum feratur, altera circa fracturam voluta incipere debet, ac deorsum tendere, atque iterum reversa in eadem priori parte desinere.

Sanguinis enim fluxiones ad fracturam, quae a superioribus membri partibus initium habent, fasciis prohibere oportet, et illum exprimere qui in vicinis fracturae locis continetur. Fluxio quidem unicam viam habet a superiori parte deorsum, expressio vero utramque a superioribus ad inferiora, atque ab his sursum. Licet enim humorem exprimere ad imas et summas membri partes, satius vero est sanguinem partis laesae exprimere versus membri superiora atque universum corpus, cum pars extrema impar sit affluenti humori sine ulla noxa recipiendo. Vbi primae fasciae exprimenti sanguinem affectae partis ad membri principium altera addita validius adstringat, fit inflammatio ad primam palmae partem et digitos. Quamobrem sursum exprimere prius oportet maxime, si id fieri possit, totum quodcunque afferre dolorem valeat. Si quid vero parvum remaneat deorsum id altera fascia exprimere.

Primi lintei principium bis vel ter circuire fracturam convenit, secundi semel, ut humor qui partibus fracturae proximis continetur, sursum potius quam deorsum exprimatur, eam ob causam quam diximus. Ideoque et membrum adstringi minus altera fascia convenit, ubi enim subiecta caro magis compressa fuit, humor ea detentus effunditur ad pro-

vox in lexicis non occurrit. In impressa est Ταῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμέναις [illegible] sensu minus bono. VIDIVS interpretatur *ut fasciis descriptis ab ipso vinculis* scilicet ab HIPPOCRATE, cuius nomen ibi paulo superius intulerat, sed cum illud non exhibeant neque GALENI exemplaria, neque haec ORIBASII excerpta intelligendus aliter locus videtur.

Τό γε μὴν πλάτος τῶν ἐπιδέσμων ἐξ ὧν ἹΠΠΟΚΡΑΤΗΣ εἴρηκεν σκοπῶν εὑρήσεις, ἩΡΜΟΣΘΑΙ μὲν γάρ φησιν, ΠΕΠΙΕΧΘΑΙ δὲ ΜΗ. [1] Τὸ δ' ἩΡΜΟΣΘΑΙ τὸ οἷον ἐστηρίχθαι δηλοῖ. Τοῦτο δὲ ἔσαι μὴ πάνυ πλατέων παρασκευασθέντων τῶν ὀθονίων, ῥυσοῦται γὰρ ἐν ταῖς περιβολαῖς τὰ τοιαῦτα. Ἐπεὶ ἄλλως γε τὸ πλατύτερον ὀθόνιον ὡς ἂν πλεῖστα τόπον περιλαμβάνον ἀσφαλέστερον κρατεῖ τὰ κατεαγότα μόρια τῶν ὀστῶν, καὶ ὅσον ἐπὶ τούτῳ κάλλιστος ἂν ἦν ἐπίδεσμος ὁ πλατύτερος, ἀλλ' ἐπειδὴ ῥυσούμενος ὁ τοιοῦτος, ἐν οἷς ἂν τάχη τοῦτο μέρεσιν, ἑαυτοῦ χαλαρώτερος γιγνόμενος, ἀπόλλυσι τὴν ἀσφαλῆ λαβὴν τῶν ὑποκειμένων σωμάτων, διὰ τοῦτο χρὴ μὴ πάνυ πλατὺν ὑπάρχειν αὐτόν. Αὐξανέσθω δέ σοι τὸ τοῦ ἐπιδέσμου πλάτος ἄχρι ἂν ἐνδέχηται, ὡς μηδέπω χαλαρόν τι αὐτοῦ γίγνεσθαι μέρος. Διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα κάλλιον ὁ τετριμμένος τοῖς ἔργοις πράξει, στοχαστικοὶ γὰρ οἱ σκοποί, καὶ οὐδεὶς τοιοῦτος οἷος ἐν τῷ γράφειν τε καὶ ἀναγινώσκειν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἐπιδέσμων, [2] ὅσοι πιλοῦσιν τε καὶ σφίγγουσιν ἀλύπως τὴν σάρκα, φύσιν ἔχουσιν ἐκθλίβειν μὲν ἐξ ἐκείνων τῶν μορίων οἷς πρώτοις ἐπιβάλλονται τοὺς χυμοὺς, ἐναποτίθεσθαι δὲ καὶ στηρίζειν εἰς ἅπερ ἐτελεύτησαν, εὔλογον οἶμαι βάλλεσθαι τὴν ἀρχὴν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος, καὶ νέμεσθαι τουντεῦθεν ἐπὶ τὸ ὑγιές. Δύο οὖν [3] ἐπιδέσματα πρῶτα ποιησάμενος, τῷ μὲν ἑτέρῳ τῷ προτέρῳ τὴν νομὴν ἀπὸ τοῦ πεπονθότος ἐπὶ τὰ ἄνω ποιήσῃ, τῷ δ' ὑπολοίπῳ κατὰ μὲν τὰς πρώτας ἐπιβολὰς κατ' αὐτοῦ τοῦ κατάγματος, εἶτ' ἐπὶ τὰ κάτω, κἀκεῖθεν παλινδρομήσεις ὡς εἰς ταυτὸ τῷ προτέρῳ τελευτῆσαι.

Τὰς γὰρ ἐπιῤῥοὰς [4] τοῦ αἵματος ἐν τοῖς κατάγμασιν πρὸς τῶν ἐπιδέσμων κωλύεσθαι, τὴν ἀρχὴν ἐχούσας ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τῶν κώλων, ἔτι τε τὸ περιεχόμενον ἐν τοῖς περὶ τὸ κάταγμα μέρεσιν ἐκθλίβεσθαι. Ἡ μὲν οὖν ἐπιῤῥοὴ μίαν ὁδὸν ἔχει τὴν ἄνωθεν κάτω, ἡ δ' ἔκθλιψις ἀμφοτέρας, τήν τε ἄνωθεν κάτω, καὶ τὴν κάτωθεν ἄνω. Καὶ γὰρ εἰς τὰ κάτω τοῦ κώλου δυνατὸν ἐκθλίψαι, καὶ εἰς τὰ ἄνω. Βέλτιον δὲ ἐκθλίβεσθαι τὸ αἷμα τοῦ πεπονθότος μορίου πρός τε τὰ ὑπερκείμενα μέρη τοῦ κώλου, καὶ τὸ σῶμα πᾶν, ἐπειδὴ τὸ ἄκρον ἔλαττόν ἐστιν, ἢ ὥστε δέξασθαι χωρὶς βλάβης δαψιλῆ χυμόν. Ὅπου καὶ μετὰ τὸν πρῶτον ἐπίδεσμον ἐκθλίβοντα τοῦ πεπονθότος μορίου τὸ αἷμα πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ κώλου, ἐὰν ὁ δεύτερος δαψιλέστερον σφίγγῃ, φλεγμονὴ γίνεται κατὰ τὸν καρπὸν καὶ τοὺς δακτύλους. Διὰ ταῦτα τοιγαροῦν ἄνω πρῶτον ἐκπιέζειν χρὴ, μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε πᾶν τὸ λυπῆσον, εἰ δ' ὑπολείποιτό τι μικρὸν, ἐκθλίβειν τοῦτο κάτω διὰ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδέσμων.

Τοῦ μὲν οὖν προτέρου τῶν [5] ὀθονίων τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸ κάταγμα δὶς ἢ τρὶς περιβαλεῖν, τοῦ δευτέρου δὲ ἅπαξ, ὥστε ἄνω μᾶλλον ἢ κάτω τὸ περιεχόμενον τοῖς περὶ τὸ κάταγμα μέρεσιν ἐκθλίβεσθαι, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἧττον σφίγγεσθαι τὸ κῶλον προσήκει ὑπὸ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδέσμων. Ἔνθα [6] μὲν γὰρ ἐσφίγκται μᾶλλον ἡ ὑποκειμένη σάρξ, ἐκθλίβεται τὸ περιεχόμενον ὑγρὸν ἐν αὐτῇ

πρὸς

(1) HIP. officin. particula XI. ed. LIND. p. 623. v 14.
(2) Meth. lib VI. c V. t. IV. p 102. v. 47.
(3) Ibi pag 103. v 7.
(4) Comment. I. in HIP. de fract. t. V. p. 532. v. 56 usque ad p 533. v. 10.
(5) Ibi pag. 533. v. 21.
(6) Nexa haec e commentario III. in HIP. officin. t. V. p 690. v. 35

πρὸς τὰ πέριξ, ἔνθα δ' ἧττον, ἐνταῦθα δέχεται τὸ μεταῤῥέον ἐκ τῶν μᾶλλον θλιφθέντων.

Ἐν μὲν οὖν [1] τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, ὅθεν προσήκει πιέζειν οὐ πιέσομεν, ὀδυνωμένου τοῦ κάμνοντος ἐπὶ τῇ πληγῇ. Πάντων δὲ καλῶς γενομένων ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, ἀνωδυνώτερον ἔχοντες τὸν ἄνθρωπον, αὐξήσομεν τὴν τάσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ νῦν εἰς ὅσον ἡ διάθεσις ἀπαιτεῖ, τοῦτο γὰρ, ἐὰν ὀρθῶς πάντα γίγνηται κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν ὑπάρξει. Διὸ καὶ τοῖς ὀθονίοις πλείστοις χρήσασθαι τηνικαῦτα δεῖ, καὶ τῇ τάσει τελειοτάτῃ, ὡς εἴγε διά τι πλημμεληθὲν ἐν τῷ μεταξὺ μηδέπω τελέως ἀφλέγμαντον εἴη τὸ κῶλον, τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν, οὐ χρησόμεθα τοῖς ὀθονίοις πᾶσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἀσφάλεια τῆς τῶν κατεαγότων ἐπιδέσεως, ἐκ τῆς πιέσεως, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ὀθονίων γίγνεται. Μάλιστα δὲ αὐτῇ χρώμεθα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ προσεσταλμένον μὲν ἱκανῶς φαίνεται τὸ περὶ τὸ κάταγμα χωρίον, αὐτὸ δὲ τὸ συντετριμμένον ὀστοῦν χαλαρὸν καὶ εὐπαράγωγόν ἐστιν. Ἐὰν οὖν ποτε συμβῇ μὴ γίνεσθαι τοῦτο κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν, ἀναμενοῦμεν ἑτέραν ἐπίλυσιν.

Ἐπιδέοντα [2] δὲ δεῖ τὸν πρῶτον ἐπίδεσμον, τὰ μὲν δεξιὰ μέρη πεπονθότα περιτρέπειν ἐπ' ἀριστερὰ, τὰ δ' ἀριστερὰ τοὐναντίον ἐπὶ τὰ δεξιά. Γίγνεται δὲ τοῦτο, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ ἐπιδέσμου βαλλομένων ἡμῶν κατὰ τὸ πεπονθὸς μέρος, οὐκ ἀκριβῶς κατ' αὐτοῦ τοῦ κατάγματος ἢ τοῦ ἕλκους, ἀλλ' ἔνθα ἢ ἔνθα τούτου, κἄπειτα τῇ μὲν ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν ἀρχὴν κρατούντων, τῇ δὲ ἑτέρᾳ περιτρεπόντων ἐπὶ τἀναντία τοῦ πεπονθότος, ἅμα τῷ πιλεῖν. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τὸ ἀντικείμενον μέρος ὁ ἐπίδεσμος ἑλιττόμενος γένηται, μηκέτ' ἐκεῖ σφιγγόντων ὁμοίως, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδὲ περιτρεπόντων ἄχρι ἂν ἐν κύκλῳ περιελιττόμενος ὁ ἐπίδεσμος ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἀφίκηται. Τηνικαῦτα γὰρ ᾗ κατείχομεν ἔμπροσθεν χειρὶ τὴν ἀρχὴν, ταύτῃ πάλιν ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ ἐπιδέσμου τὸ ψαῦσαν αὐτῆς ἐπιτιθέντες, κατ' αὐτῆς ἀσφαλῶς κρατοῦμεν, ὥστε δευτέρας αὖθις ἄρξασθαι κατὰ τῶν αὐτῶν ἐπιβολῆς, ὁμοίως τῇ πρώτῃ πιλούσης τε καὶ περιτρεπούσης ἐπὶ τἀναντία. Καὶ ταύτην πάλιν ὡσαύτως τῇ πρώτῃ περιελίξαντες, ὅταν αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀφικώμεθα, κρατήσαντες ὁμοίως τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὸν ἐπίδεσμον ἀνατείνομεν, τῇ ἑτέρᾳ πιλοῦντες καὶ περιτρέποντες ἐπὶ τὸ ἀντικείμενον μέρος τοῦ πεπονθότος, οὕτως γὰρ ἰσόῤῥοπον ἀπεργασθήσεται τὸ κατεαγὸς ὀστοῦν.

Τὰ δὲ ὀθόνια [3] καθαρὰ μὲν ἔστω, ὅπως μήτε δῆξις ἐκ τοῦ ῥύπου γίγνοιτο, μήτε διικνεῖσθαι πρὸς τὸν χρῶτα τῶν ἐπιβρεχομένων ὑγρῶν ἡ δύναμις εἴργοιτο. Κοῦφα δὲ ὅπως μὴ βαρύνοιτο ὁ πεπονθὼς τόπος, λεπτὰ δὲ καὶ κουφότερα ταῦτα καὶ μαλακώτερα, καὶ τὰς ἐπιβροχὰς ἑτοίμως διαπέμπει, μαλθακὰ δ' ὅπως μὴ θλίβοι. Πρόδηλον δ' ὅτι τούτων ἕκαστον, εἰς τὸ μὴ φλεγμῆναι τὸ πεπονθὸς μόριον συντελεῖ. Ἔστω δὲ [4] καὶ ὁμαλὸν, καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ παντὶ τὸ ὀθόνιον, ὡς μὴ σκληρόν τι ὑπάρχειν ἐν αὐτῷ, μήτε μαλακώτερον μήτε στενότερον, ἢ λεπτόν τι καὶ διαβεβρωμένον, ἢ ἐξέχον καὶ παχὺ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πα-

(1) Redit ad Comm. I. in HIP de fract. t. v. p. 536 v. 11.
(2) Comment II. in HIP officin. t v. pag. 680. v. 73
(3) Ibi pag. 682. v. 20. ad 24
(4) Ibi pag. 683. v. 15 ubi verba illa ἴσῳ δὲ καὶ πάνυ sententiam turbantia, quae VIDIUS neglexit, cum intelligere nequiverit, emendanda hinc sunt ἔσω δὲ καὶ παχύ.

proxima loca, ubi vero minus, ibi excipitur quod effluit a magis adstrictis.

Prima igitur die quando aegrotus ab ictu dolorem habet, locum unde exprimere convenit non adstringemus, omnibus autem bene succedentibus tertia die, et homine minus dolente intentionem augebimus, nondum tamen quantum affectio requirit, hoc enim satis erit quinto die fieri, si recte omnia se habeant. Quamobrem et plurimis tunc linteis uti, et maxima intentione opus est, ut si tamen ob aliquid interea perperam admissum, nondum inflammatio omnis a membro recesserit, non omnibus fasciis utamur. Firmitas enim iuncturae fractorum tota pendet a linteorum numero et constrictione. Ea vero tunc maxime utimur, cum loca circa fracturam satis ad aequalitatem redacta appareant, ipsumque os disruptum, molle, et tractatu facillimum sit. Si quando igitur accidat haec quinto die non fieri, alteram solutionem exspectamus.

Deligando vero oportet primam fasciam affecta loca dextra sinistrorsum circuire, et contra sinistra dextrorsum. Id fit cum fasciae principium affectae parti applicamus, non quidem exquisite ipsi fracturae, aut ulceri, sed iuxta hinc vel inde, tum altera manu principium continentes, altera circumvolvimus in adversa fracturae loca simul arctando. Vbi vero in oppositam fracturae partem voluta fascia fuerit, non amplius ibi eadem vi, imo nequaquam stringentes advolvimus, donec in ambitum lata ad principium suum perveniat. Tunc enim eadem manu qua principium continebamus partem hanc eo pertingentem superimpositam valide prehendimus, alterumque circuitum per eadem loca iterum ordimur, circumeundo in adversa, et stringendo pariter ac in primo. Atque hac secunda circuitione priori simili peracta, cum ad principium iterum pervenerimus, altera manu fasciam eodem modo cohibentes, altera intendimus stringendo, et circumvolvendo in adversam affectae partem, ita enim fractum os aequabile et in neutram vergens partem effici poterit.

Lintea autem pura sunto, ut neque a sordibus rosio fiat, neque permeare ad cutem superfusi humores prohibeantur, ac levia, ne locus affectus gravetur, tenuia vero, utpote leviora et molliora perfusionesque facile transmittentia, et mollia ne oblidant. Quorum unumquodque eo conducere apparet ne inflammatio in affecta parte oriatur. Sit quoque planum et aequabile linteum, ut nihil habeat durum neque mollius neque angustius neque deficiens et exesum aut extans et crassum, ut est in

(5) Similia sunt quae ipse GALENUS repetit p. 685. v. 25. ubi explicans ἐξοχάς vel ἐξοχίας quas HIPPOCRATES fasciis inesse vetat, ait eas in iis quae texuntur accidere. Interdum quidem de industria, interdum invito textore fiunt praelongae quaedam eminentiae, aliquando ex ipso subtegmine modo etiam ex purpura, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς καλουμένας ΠΑΡΥΦΑΣ ἐκφύσεις (non ἔχουσι) τοῦτο πράττουσι διὰ παντὸς αἱ γυναῖκες sed et mulieres in iis quas

in praetextis, et intendi ſimili modo membris omnibus faſcia debet; atque extra conſtringi, antequam corpori admoveatur, ſic enim captu facilior erit, ideoque tenuior, et extenſas circuitiones habens.

Ad arcendam vero inflammationem medicamento etiam aliquo uteris eam reprimentium quale eſt humidum ceratum. Faſciam igitur, ut ait HIPPOCRATES circa fracturam volvere oportet, et ſimul uti cerato molli puro levi. Non ſolum enim illiri cutem aegroti vult, dum aridis faſciis vincitur, ſed ſingulas faſciae circuitiones conſequi ceratum ſuperlitum, nam ſi quis eo duntaxat ad cutem utatur, cito partem affectam cerati beneficio privabit, abſorbentibus illud linteis, quod humidum ſit, et cutem ideo ſiccam reddentibus, aucto partium calore, et ob id vicinarum quoque humorem ad affectam trahentibus. Cur autem velit molle eſſe ceratum cauſſa evidens eſt, quod ſcilicet eo utatur vice perfuſionis. Et purum ut id ſit poſtulat, ideſt ne quid habeat admixtum, aut favorum ſtabilimenti, aut ſordium, vel terreſtris aut arenoſae materiae, aut alius cuiuſcumque praeter ceram. Huiuſmodi ceratum protinus erit etiam leve, niſi id ob inhaerentes cereas maſſulas additum puro intelligatur.

Dignum vero eſt animadverſione, quamobrem nunc iubeat ceratum adhiberi quamquam in quibus os diſciſſa cute eminet vino utatur nigro auſtero. Videtur mihi vinum exiſtimaſſe validius adiumentum eſſe huiuſmodi malis. Illud vero in aliis fracturis praeterit, in quibus nullum contritorum oſſium nudatum eſt, quia multa diligentia uſus indigeat, niſi enim continenter inſtilletur maxima laeſio fiet ab exſiccatis linteis. Perpetim autem ac noctu praeſertim perfundere plerique recuſant eorum qui aegrotis miniſtrant.

Sed quoniam extremis morbis extremae exquiſitaeque curationes praeſtantiſſimae ſunt, ideo ubi os exſtat, vino uti iubet. Dicam enim eo loco ubi vino utitur de eius viribus, nunc ſatis eſt monere fracturas alias, et ſine vino curari poſſe ſi ſolo cerato utamur, neque neceſſarium eſſe iis vinum iniicientes nonnunquam peccare ob miniſtrantium incuriam. Vbi vero magnum eſt periculum, ibi et ipſi miniſtri libenter tolerandum ſibi proponunt, nobis quoque adhortantibus obediunt,

et

quas vocant *PRAETEXTAS* volentes hoc perpetuo ſeruari. POLLVX lib. VII. cap XIII. ſegm. 53. Αἱ μέντοι ἐν ταῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι ΠΑΡΥΦΑΙ (alii legunt παρυφαὶ) καλοῦνται *Veſtium purpureae virgae PARYPHAE vocantur*. Adeo ut παρυφάσματα, quo vocabulo hic utitur GALENVS in vulgatis lexicis deſiderata nihil aliud quam telae virgatae eſſe videantur.

(1) Redit ad pag 68a. v. 58.

(2) Method lib VI. cap V. t. IV p 103. v. 15.

(3) Notatio hic margini adſcripta fortaſſe ab ipſo NICETA eſt Ὅτι ἐν τῷ ὑπομνήματι τοῦ περὶ ἀγμῶν τμήματος πρώτου διαλεγόμενος περὶ τῆς ὑγρᾶς κηρωτῆς φησὶν ὅτι ποτὲ μὲν ῥοδίνῳ τηκόμενος ὁ κηρὸς, ποτὲ δὲ ἐλαίῳ, καὶ πίττης ἐνίοτε ὅτι λαμβάνει ξηρᾶς, ἐν δὲ καὶ πιττηρὰν ὀνομάζουσι κηρωτήν. *In commentario ſectionis primae de fractis dicit loquens de humido cerato, aliquando ceram roſaceo, aliquando vero oleo liquari, et nonnunquam aridae picis nonnihil recipere, unde et plerumque id ceratum nominant*. Locum GALENI indicat in edit Baſil. occurrentem t. V. p. 531. v. 48 quem ſic bene interpretatus eſt VIDIVS p. 142. v. 13. *Interdum quidem ceratum ex roſa vel oleo liquatur, interdum arida pix adiicitur, hincque πιττηρὰ κηρωτὴ Graece nominatur*. Poſuit *roſam* pro oleo vel unguento roſaceo ut CELSVS ſa-

παρυφασμάτων [5] γίνεται. Καὶ τετάσθω δ' ὁμοίως ἅπασι τοῖς μέρεσιν ὁ ἐπίδεσμος, ἐσφίγχθωτε [1] ἔξω πρὶν ἐπιβάλλεσθαι τῷ σώματι, εὐληπτότερος γὰρ οὕτως ἔσται, διὸ καὶ λεπτότερος, ἀποτεταμένας τε τὰς περιβολὰς ἔχων.

Πρὸς δὲ [2] τὸ μὴ φλεγμῆναι καὶ φαρμάκῳ τινὶ χρήσῃ τῶν ἀφλεγμάντων οἷαπέρ ἐστιν ἡ ὑγρὰ κηρωτή. [3] Τὸν ἐπίδεσμον οὖν ἐλίσσοντα [4] καθά φησιν ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ ἀμφὶ τὸ κατεαγὸς, σὺν αὐτῷ χρῆσθαι προσήκει κηρωτῇ μαλθακῇ, καὶ καθαρῇ, καὶ λείῃ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τὸ δέρμα τοῦ πάσχοντος ἐπαλείφεσθαι βούλεται ξηρῶν αὐτῷ περιβαλλομένων τῶν ἐπιδέσμων, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιδέσμου περιείλησιν ἀκολουθεῖν ἐπιχριομένην αὐτῷ τὴν κηρωτήν. Εἰ γὰρ μόνον χρήσαιτό τις αὐτῇ κατὰ τοῦ δέρματος, ἀποστερήσει τὸ πεπονθὸς μόριον ἐν τάχει τῆς γινομένης αὐτῷ βοηθείας ἐκ τῆς κηρωτῆς, ἀναπινόντων μὲν τῶν ὀθονίων αὐτὴν ὑγρὰν οὖσαν, αὐχμηρὸν δὲ ἐργαζομένων ἐκ τούτου τὸ δέρμα, καὶ τὴν θερμασίαν τῶν μορίων αὐξανόντων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐκ τῶν πλησιαζόντων χωρίων ὑγρότητα πρὸς τὸ πεπονθὸς ἐπισπωμένων. Τὴν κηρωτὴν δὲ διὰ τί μὲν ἀξιοῖ πρόδηλον, ἀντὶ γὰρ ἐπιβροχῆς αὐτῇ χρῆται. Καὶ καθαρὰν, γ' εἶναι βούλεται αὐτὴν, τουτέστιν μηδὲν ἐμφερόμενον ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ, μήτε προπόλεως, μήτε ῥύπου, μήτε γεώδους ἢ ψαμμώδους οὐσίας, ἢ ἄλλης τινὸς παρὰ τὸν κηρόν. Εἴη δ' ἂν εὐθέως ἡ τοιαύτη καὶ λεία, πλὴν εἰ διὰ τὰς ὀνομαζομένας ἐγκηρίδας ἐπὶ πλέον ἢ διὰ τὰς καθαρὰς νοοῖτο [5].

Ἄξιον δ' ἐπισκέψεώς ἐστιν, [6] διὰ τί κηρωτῇ κελεύει νῦν χρῆσθαι, καίτοιγε ἐν οἷς ἐξέσχεν ὁστοῦν τοῦ δέρματος οἴνῳ χρώμενος αὐστηρῷ μέλανι. Δοκεῖ δέ μοι φρονεῖν μὲν ὥσπερ γενναιοτέρου βοηθήματος εἰς τὰ τοιαῦτα τοῦ οἴνου. Παραλείπει δ' αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἄλλων καταγμάτων, ἐν οἷς οὐκ ἐγυμνώθη τῶν συντριβέντων ὀστῶν οὐδέν, διὰ τὸ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι τὴν χρῆσιν. Εἰ μὴ γὰρ συνεχῶς ἐπιβρέχοιτο, μεγίστη γίνεται βλάβη ξηραινομένων τῶν ὀθονίων. Ἐπιβρέχειν δὲ συνεχῶς καὶ μάλιστα νύκτωρ οὐκ ἐθέλουσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ὑπηρετουμένων τοῖς κάμνουσιν.

Ἀλλ' ἐπειδήπερ εἰς τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι εἰς ἀκρίβειαν κράτισται, διὰ τοῦτο ἐφ' ὧν ἐξεῖχεν ὀστοῦν οἴνῳ χρῆσθαι κελεύει. Λεχθήσεται γάρ μοι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ἔνθα χρῆται τῷ οἴνῳ, περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Νυνὶ δὲ ἀρκεῖ τόγε τοσοῦτον εἰπεῖν ὡς ἐπεὶ τ' ἄλλα κατάγματα δυνατὸν καὶ χωρὶς οἴνου θεραπεύεσθαι, μόνῃ τῇ κηρωτῇ χρωμένων ἡμῶν, οὐκ ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐπ' αὐτῶν οἶνον προσφέροντας ἁμαρτεῖν ποτὲ διὰ τὴν τῶν ὑπηρετουμένων ἀμέλειαν. Ἔνθα δὲ μέγας ὁ κίνδυνος, ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ μὲν ἑκόντες οἱ ὑπηρέται ταλαιπωρεῖσθαι προαιροῦνται, καὶ ἡμῖν δὲ παρακαλοῦσι πείθονται,

facere nonnunquam videtur. Minus bene CHARTERIUS t. XII p. 169. B hac interpetratione mutata *ceram* dixit *vel in aqua rosacea vel oleo liquari*, et mendosam scripturam πισσηρὰν retinuit, quam habent Graecae GALENI editiones, et EROTIANI illa ab EUSTACHIO curata, neque altera tamen Henr. STEPHANI vitio prorsus caret πισσήρω repraesentans. Recte vero legitur saepius apud HIPPOCRATEM πισσηρὴ κηρωτὴ et πισσηρῇ duntaxat pro cerato picato. Vid. FOESII Oecon. HIP et GORRAEI *Definit. medic.*

(4) Sumpta haec e comment. III. in HIP. officin. t. V. p. 692. v. 5. usque ad 17. quem locum totum legere est operae pretium et cum nostro conferre ut hinc multa perperam ibi scripta ac decurtata emendentur, quae interpretes quoque VIDIUM atque CHARTERIUM deceperunt.

(5) Impressus liber habet ἐπὶ πλέον ἢ τὰς καθαρὰς. Verior fortasse lectio fuerit ἐπὶ πλέον ἰδίᾳ τῆς καθαρᾶς ut sensus sit *Ceratum quod purum sit eo ipso erit et leve, nisi* HIPPOCRATES *id praeter purum peculiariter intelligat propter cereas massulas*. Quae scilicet etsi purae sint levori tamen obsunt.

(6) E commentario I. in HIP. de fract. cap. XXI. t. V. p. 531. v. 56.

καὶ μέντοι καὶ συνεχέστερον ἐπιφαινόμεθα τοῖς τοιούτοις, διὰ τὸ τοῦ κινδύνου μέγεθος, ἐνίοτε καὶ παραμένοντες ὅλης νυκτὸς, ὅταν μὴ σφόδρα θαῤῥῶμεν τοῖς ὑπηρέταις.

Φρουρεῖται ἅμα [1] καὶ στηρίζει τὸ κατεαγὸς, ἀφλέγμαντόν τε φύλαττει τὰ πρῶτα δύο τῶν ὀθονίων. Οὐ μὴν ἱκανά γε μόνα πρὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας, ὅθεν εἰς μὲν φρουρὰν ἐπικουρίαν αὐτοῖς ἕξεις τὴν τῶν σπληνῶν ἐπιβολὴν, ἅμα τοῖς ἔξωθεν ὀθονίοις τούτους αὐτοὺς στηρίζουσι, πρὸς δὲ τὸ μὴ φλεγμῆναι, τῇ ὑγρᾷ κηρωτῇ.

Τούς γε μὴν σπλῆνας [2] τριπτύχους ἢ τετραπτύχους εἶναι προσήκει, ἀριθμὸν δὲ αὐτῶν εἰκὸς εἶναι τοσοῦτον, ὅσον ἂν αὐτάρκως περιλαμβάνῃ τὸ κῶλον, καὶ τῷ μήκει μὲν ἴσους τῇ ἐπιδέσει, τῷ πλάτει δὲ τριῶν ἢ τεττάρων δακτύλων, τῶν αὐτοῦ ἐπιδεομένου δηλονότι.

Στηρίγματα μὲν οὖν [3] εἰσὶν οἱ σπλῆνες τῶν δυοῖν ἐπιδέσμων, οὓς ἰδίως ὑποδεσμίδας ὠνόμασεν. Ἐπιβάλλονται δὲ αὐτοῖς ἐναντίως, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐγκάρσιοι περὶ τὸ κῶλον ἑλίττονται, κατὰ μῆκος δὲ οἱ σπλῆνες ἐπιτείνονται, τὴν τῶν πρώτων δυοῖν ὀθονίων ἐπίδεσιν ὅλην καταλαμβάνοντες. Κεχρίσθαι δὲ αὐτοὺς ὀλίγῃ κηρωτῇ κελεύει, περιρρυίσκονται γὰρ καὶ ἀστήρικτοι γίνονται διὰ τὸ πλῆθος, ὥσπερ διὰ τὴν ὀλιγότητα τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἑνωθήσονται τοῖς ὑποδέσμοισιν, ἔστιν γὰρ ὥσπερ τις κόλλα πρὸς ἐκείνους αὐτοὺς ἡ κηρωτή. Ἐπὶ σπληνῶν δὲ, καὶ θλίψις γίνεται ξηρῶν ἐπιτιθεμένων τῶν ὀθονίων.

Τὸ δὲ τῆς κλειδὸς [4] ἢ πλευρᾶς κάταγμα περιλαμβάνειν ἐν κύκλῳ δυνατὸν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐπὶ τούτων τὸ μέγεθος τοῦ κατάγματος ἐνδείξεταί σοι τὸν ἀριθμὸν τῶν σπληνῶν. Ἐπὶ δ' οὖν κλειδὸς εἰώθαμεν ὡς τὸ πολὺ χρῆσθαι τρισὶν τετραπτύχοις, τοὺς δύο μὲν τοὺς πρώτους εἰς ὁμοιότητα τοῦ Χῖ γράμματος ἐπιβάλλοντες, ὡς κατ' αὐτοῦ τοῦ συντετριμμένου τὸ μέσον ἑκατέρου, καθ' ὃ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις ἐπικεῖσθαι. Τρίτον δ' αὐτοῖς, καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθέντες κατὰ τοῦ σώματος μῆκος ἐκτεταμένον, αὐτούς τε τοὺς ὑποκειμένους σφίγγοντα, καὶ τὸ κατεαγὸς μέρος τῆς κλειδὸς πιλοῦντα. Χρεία δὲ διττὴ τῶν σπληνῶν κράτησις τε τῶν ὑποδεσμίδων, ἀναπλήρωσίς τε ἐπί τινων μορίων ἃ καλεῖν ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ εἴωθε ἈΠΌΞΗ τε καὶ ἈΠΌΞΥΡΑ [5], καθάπερ ἐπὶ πήχεως μὲν τὸ πρὸς καρπῷ, κνήμης δὲ τὸ πρὸς τῷ ποδί. Περιβάλλειν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀξιοῖ κυκλοτερῶς τοὺς σπλῆνας, ὡς μετὰ τὴν ἐπιβολὴν τῶν ἔξωθεν ἐπιδέσμων ἴσην εἶναι τῷ πάχει τὴν ἐπίδεσιν.

Ἔστωσαν δὲ τῷ μὲν μήκει τηλικοῦτοι ὡς ἐν κύκλῳ περιλαμβάνειν τὸ ἐπιδούμενον σῶμα, τῷ πάχει δὲ καὶ τὸ πλάτει κατὰ τὴν ἔνδειαν τοῦ μορίου. Τὴν περιβολὴν δὲ τῶν σπληνῶν τούτων οὐκ εἰς ἅπαξ ἀθρόαν, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ ποιεῖσθαι δεῖ, λεπτοτέρους μὲν τῷ πάχει τοὺς ἀνωτέρω τιθεμένους εἶναι δεήσει, παχυτέρους δὲ τοὺς κατωτέρω. Ἐὰν γὰρ ἀθρόως ἕνα περιβάλῃς, ἔσται σοι σχῆμα τῆς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐπιδέσεως, οἷον ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρχε τῷ κώλῳ.

Οἱ

(1) Method. lib. VI. t. IV. p. 103. v. 12. ad 16.
(2) Comm. III in HIP. offic. t. v. pag. 689. v. 55.
(3) Com. I. in HIP. de fract. t. v. p. 533. v. 50 ad 56.
(4) Comm. III. in HIP. offic. t. v. p. 690 v. 3.
(5) EROTIANI lex. HIP. ed. Henr. ST. p. 13. Ἀπόξεα τὰ ἀπόξυρα (leg. ἀπόξυρα) καὶ ἀποκεκομμένα λέγει (l. λέγων) τὰ ἐκ πλάτους εἰς στενὸν ἠγμένα, interprete EVSTACHIO fol. 32. D. Ἀπόξεα poliendo detracta et amputata, intelligens ea quae ex latitudine in angustum redacta sunt. Voces deductae ab origine ΞΕ'Ω ac

et nos quidem hosce frequentius invisimus ob magnitudinem periculi, aliquando nocte tota assidentes, cum prorsus fidere ministris non audeamus.

Custodiunt simul ac firmant fractum et inflammationem arcent duo prima lintea, utrique tamen usui non sufficiunt, ideoque ad custodiam auxilium iis adiunges superimpositos pannos, una cum exterioribus fasciis hos ipsos continentibus.

Ad inflammationem vero prohibendam, liquido cerato illitos pannos triplices quadruplicesque esse convenit, eo numero qui membro comprehendendo par sit, longitudine spatium deligationis aequantes, latitudine trium aut quatuor digitorum, ipsius scilicet qui deligatur.

Firmamenta sunt igitur panni duarum fasciarum, quas proprie subligacula nominavit, iisque contrario situ superponuntur. Illae enim transversae membrum circumeunt, panni vero in longum extenduntur, primarum duarum fasciarum deligationem totam obducendo. Eosque modico cerato illini iubet, lubrici enim et instabiles copia fiunt, ob paucitatem vero neque tantulum queunt subligaculis iungi, pannis nempe ceratum est quasi gluten quoddam, quos etiam comprimunt superposita lintea.

Clavicula vero aut costa fractae circumdari in orbem nequeunt, Sed in his fracturae magnitudo ostendet tibi pannorum numerum. Ad claviculam igitur uti plerumque consuevimus tribus linteolis quadruplicibus, dua priora imponentes in speciem literae X ita ut utriusque medium, qua mutuo coeunt ipsi comminutae parti superiaceat, tertium vero iis exterius addentes extensum per corporis longitudinem subiectaque stringens, et claviculam qua perfracta est cogens. Duplex pannorum usus est et ad subligacula cohibenda, et ad aliquas partes complendas, quas HIPPOCRATES vocare consuevit ATTENVATAS, et DERASAS cuiusmodi in brachio est iuxta primam palmae partem, et in crure iuxta pedem, in his enim iubet pannos in orbem circumponi, ut postquam superiniectae fuerint extimae fasciae, deligatio sit crassitudine aequalis.

Sint autem panni ea longitudine, ut circumamplecti valeant corpus quod deligatur, crassitudine vero ac latitudine prout partis defectus est. Huiusmodi pannorum circuitum non semel confertum facere, sed paulatim oportet, ac tenuiores quidem suprapositos esse conveniet, crassiores infra, si enim unum duntaxat confestim obvolvas, erit hoc loco tibi deligationis habitus qualis initio ei membro fuerat.

ac proin a ΞΥΩ et ΞΥΡΟΣ, quae notionem *radendo* exacuendi omnes praebent, neutiquam vero a ΞΗΡΟΣ *siccus*. Emendanda igitur hinc est GALENI lectio t. v. p 690. v. 13. ubi mendose scribitur ἀπίξηρα, quod mendum induxit viros doctissimos EVSTACHIVM in adnotatione ad EROTIANVM et Henr. STEPHANVM in Thes. l. Gr. v ἀπόξυρος, et FOESIVM in Oecon. HIP. ἀπόξυ, ut de *siccaneis*, *subsiccaneis*, et *subaridis* partibus minus apposite cogitarent, quae in hisce HIPPOCRATIS et GALENI locis revera sunt *derasae* vel *dedolatae*, atque ita in obtusum mucronem fastigiatae.

Extimae fasciae quae pannis iniiciuntur duae utplurimum erunt. Prima infra incipiens sursum versum fertur, altera supra deorsum tendit. Possunt quidem et tres et quatuor fasciae adhiberi, sed NOS semper duabus utimur. Manifestum ergo est, eum qui hoc propositum dispiciat posse eo primum collineare, et duplici linteorum numero uti, quandocumque vero ab affecta parte inflammatio aberit etiam tribus.

Subligacula igitur non adversum sibi mutuo ductum habebant, sed ambo membrum retrahebant in contrarias partes iis, in quas praeter naturam exciderat. Fasciae vero post pannos adiectae, cum propositum habeant integrum membrum aequabiliter extentum, et universam deligationem servare, qualem accepere, mutuo adversam distributionem servant, alia dextrorsum voluta, alia sinistrorsum, aliaque deorsum, alia sursum, ita enim deligationem continebunt qualem accepere. Quam ob rem distributiones in dextram et laevam fiant omnino aequales, superius vero et inferius non multum inter se differant, sed quae tamen infra incipiens sursum tendit longius producatur, quam quae a superiore parte fertur deorsum. Hoc enim tutius est ob caussam modo dictam cum sanguinem a fractura in principium membri exprimere suadebamus.

Posituram fractae partis HIPPOCRATES optimam esse dicit, mollem, aequabilem, non declivem. Mollem quidem ne prematur illa parte aegrotus, inaequalis vero positio et dolorem affert, simulque membrum distorquet, quare aequalem recte laudat. Si autem declivis fuerit fluxum humorum faciens inflammationis caussa fit. In omnibus ergo partibus huiusmodi esse collocationem oportet, praesertim vero in extantibus, quale coxarum os est et calcaneum, quoniam eo positu, aliasque in diuturno decubitu calcaneum nigritie tentatur si negligentius et duriter iaceat, neque creberrime sustollatur. Quamobrem dum calefit et a substratis obtunditur facere consuevimus e molli lana orbiculum, quem nonnulli strophium vocant, intus cavum calcanei magnitudini respondentem. Quo orbiculo calcaneum sic firmamus, ut inferior pars sublata maneat, quo sine attritu ac sine calore perflata servetur, extremum quoque ubi planta est pulvinulo quodam molli contrafulciente, vel ligno recto, cui pes mollibus fasciis sit alligatus.

Novi quosdam medicos qui tibia vel femore affectis canales et capsulas cruri supponebant, sed HIPPOCRATI huiusmodi usus non placet, quod lignum praeter alia durum sit nullatenus cedens, ut faciunt pulvini qui vocantur, hi enim cedentes modice cruri non officiunt. Quidam igitur pulvino utuntur, ab initio protinus ei subiicientes vittas transversas, quas ubi crus composuerint utrinque extendentes altius, deinde superioribus mem-

(1) Comm. II. in HIPP. fract. t. V. p. 534. v. 36.

(2) Ibi v. 4. non sine mendis quae tolli nunc facile possunt.

(3) Comm. III. in HIPP. offic. t. V. p. 693. v. 15.

(4) Adsuta haec e comm. II. in HIPP. fract. t. V. p. 546. v. 30.

Οἱ δὲ ἔξωθεν ἐπίδεσμοι [1] κατὰ τῶν σπληνῶν ἐπιβαλλόμενοι δύο μὲν, ὡς τὰ πολλὰ γενήσονται, κάτωθεν μὲν ἄνω τὴν φορὰν ποιούμενος ὁ ἕτερος αὐτῶν, ἄνωθεν δὲ κάτω πάλιν ὁ ἕτερος. Ἐγχωρεῖ γε μὴν καὶ τρεῖς καὶ τέτταρας αὐτοὺς ποιεῖν, ἀλλ' ΗΜΕΙΣ ἀεὶ δυσὶ χρώμεθα. Πρὸς τούτους οὖν τις ἀποβλέπων τοὺς σκοποὺς, εὔδηλον ὅτι δυνήσεται στοχάζεσθαι κατ' ἀρχὰς μὲν ταῖς δύο μοίραις τῶν ὀθονίων χρῆσθαι, καθ' ὃν δ' ἂν χρόνον ἀφλέγμαντον ᾖ τὸ πεπονθὸς μέρος ταῖς τρισίν.

Αἱ μὲν οὖν ὑποδεσμίδες [2] οὐκ ἐναλλὰξ ἀλλήλαις εἶχον τὴν νομὴν, ἀλλ' ἐπὶ τὐναντίον ἀμφότεραι τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς ἐπανῆγον τὸ κῶλον. Οἱ δὲ μετὰ τοὺς σπλῆνας ἐπίδεσμοι, σκοπὸν ἔχοντες ὅλον μὲν τὸ κῶλον ἰσόῤῥοπον, ἅπασαν δὲ τὴν ἐπίδεσιν, ὁποίαν παρέλαβον φυλάττειν, ἔμπαλιν ἀλλήλοις ποιοῦνται τὴν νομὴν, ὁ μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν μέρος, ὁ δ' ἐπὶ θάτερον ἑλιττόμενος, καὶ κάτω μὲν ὁ ἕτερος ἄνω δ' ἄλλος. Οὕτως γὰρ φυλάξουσιν τὴν ἐπίδεσιν οἵαν παρέλαβον. Διόπερ αἱ μὲν ἐπὶ τὰ δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ νομαὶ κατὰ πᾶν ἴσαι γιγνέσθωσαν, αἱ δὲ ἄνω καὶ κάτω μὴ πολὺ μὲν ἀλλήλων ὑπερεχέτωσαν. Ὅμως δ' οὖν ἡ κάτωθεν ἄνω πλεονεκτείτω, τῆς ἄνωθεν κάτω γιγνομένης, ἀσφαλέστερον γὰρ τοῦτο διὰ τὴν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένην αἰτίαν, ἡνίκα εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κώλου τὸ αἷμα συνεβουλεύομεν ἐκθλίβειν ἀπὸ τοῦ κατάγματος.

Τὴν δὲ θέσιν [3] τοῦ κατεαγότος μορίου φησὶν ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ἀρίστην εἶναι τὴν μαλθακὴν καὶ ὁμαλὴν καὶ ἀνάῤῥοπον. Μαλθακὴν μὲν ὡς ἂν μὴ θλίβηται κατ' ἐκεῖνο τὸ μόριον ὁ κάμνων. Ἡ δ' ἀνώμαλος θέσις ὀδυνηρά τ' ἐστὶν ἅμα καὶ διαστρέφει τὸ κῶλον, εἰκότως οὖν τὴν ὁμαλὴν ἐπαινεῖ. Ἡ δὲ κατάῤῥοπος ῥευματίζουσα φλεγμονῆς αἰτία γίγνεται. Ἐπὶ πάντων μὲν οὖν τῶν μορίων τοιαύτην εἶναι χρὴ τὴν θέσιν, ἐξαιρέτως δ' ἐπὶ τῶν ἐξεχόντων, ὁποῖον ἐστὶν ἰσχίον καὶ πτέρνα. Ἐπειδ' ἐν ταῖς τοιαύταις θέσεσιν, [4] καὶ ἄλλως ἐν ταῖς χρονίαις κατακλίσεσιν ἡ πτέρνα μελαίνεται ἀμελῶς ἐπὶ σκληροῦ τε κειμένη, καὶ μὴ συνεχῶς ἐπαιρομένη. Καὶ διὰ τοῦτογε θερμαινομένη καὶ πιλουμένη πρὸς τῶν ὑποκειμένων εἰθίσμεθα ποιεῖν κυκλίσκον ἐξ ἐρίου μαλακοῦ, καλοῦσιν δ' ἔνιοι στρόφιον αὐτὸ, τῷ μεγέθει τῆς πτέρνης ἀνάλογον ἔχον τὴν ἐντὸς ἑαυτοῦ κοιλότητα, καθ' οὗ κυκλίσκου στηρίζομεν οὕτως τὴν πτέρναν ὡς αἰωρεῖσθαι τὸ κάτωθεν αὐτῆς μέρος, ὅπως ἄθλιπτός τε ἅμα καὶ διαπνεομένη ἀθέρμαντος φυλάττοιτο. Καὶ δὴ [5] καὶ κατὰ τὸ πέρας ἔνθα τὸ ἴχνος ἐστὶν, ἀντιστηρίζοντος τινὸς μαλακοῦ ἢ ὑπαυχενίου ἢ καὶ ξύλου ὀρθοῦ, ᾧ προσδεδεμένος ὁ ποὺς ἔσω μαλακαῖς ταινίαις.

Οἶδα δέ τινας ἰατροὺς [6] ὑποτιθέντας τῷ σκέλει σωλῆνας τε καὶ γλωσσοκόμους κνήμης ἢ μηροῦ πεπονθότων. ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ δ' οὐκ ἀρέσκεται τῇ τοιαύτῃ χρήσει, τοῦ ξύλου πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἀπηνοῦς ὄντος διὰ μηδὲν εἴκειν, ὥσπερ τὰ ὑπαυχένια καλούμενα, ταῦτα γὰρ εἴκοντα μετρίως οὐκ ἔστιν ἀνιαρὰ τῷ σκέλει. Τινὲς οὖν τῷ ὑπαυχενίῳ χρῶνται κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ὑποβάλλοντες αὐτῷ ταινίας ἐγκαρσίας, ἃς ὅταν ἐνθῶσιν τὸ σκέλος ἀνατείναντες ἑκατέρωθεν εἰς ὕψος, ἔπειτ' ἐκ τῶν ἄνω

με-

(5) Paucula haec occurrunt ibi pag. 552. v. 2.

(6) Ex eodem comment. pag. 554. v. 9 et 21. ubi tamen paulo aliter leguntur.

μερῶν τῦ κώλυ συνδήσαντες ἀλλήλαις, ἀσφαλῆ νομίζυσι τὴν θέσιν τῦ σκέλυς. Τότε γὰρ ὑπαυχένιον ἐν ταῖς μετακομιδαῖς τῦ κάμνοντος ἀντὶ γλωσσοκόμυ γίγνεται τῷ σκέλει. Καὶ μέντοι, καὶ κατὰ τὸ κάτω πέρας αὐτοῦ προστίθεασιν ἔνιοι ξύλον ὄρθιον, ᾧ προσδῦσιν ἄκρον τὸν πόδα προϋποβάλλοντες ἔρια, δηλονότι χάριν τῦ μήτ' ἄνω τὸ σκέλος ἕλκειν δύνασθαι τὸν κάμνοντα, μήτ' ἀποτείνειν κάτω, τὴν μὲν γὰρ ἀνάτασιν ὁ δέσμος κωλύει, τὴν δὲ ἐπὶ τὰ κάτω φορὰν τὸ προσερηρεισμένον τῷ πέλμαῖ ξύλον.

Μεθ' ἹΠΠΟΚΡΆΤΗ δὲ [1] εὑρέθη τὸ μηχανικὸν γλωττοκόμιον, οὗ τὴν κατασκευὴν ἐρῶ νῦν, ἐπειδὴ χρησιμώτατόν ἐστιν μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν φλεγμονὴν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἤδη πωρῦσθαι δεῖται τὸ κάταγμα, τὴν ἀντίτασιν ἐργαζόμενον, ἰσοῤῥόπως τε καὶ ἀλύπως τῷ κατεαγότι τῦ σκέλυς ὀστέῳ.

Δι' ἑνὸς οὖν ἄξωνος [2] ἐπὶ τελευτῇ τῦ μηχανήματος ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν τεταγμένυ, τὴν ἀντίτασιν ἐργάζεται τῷ κώλῳ τάσεσιν διτταῖς, ὀνομάζεται δ' αὐτῶν ἡ μὲν κατ' εὐθὺ τείνυσα τὸ κῶλον εὐθύπορος, ἡ δ' ἄνω μὲν πρότερον εἶτα κάτω μεταληπτική. Γίγνονται δὲ ἀμφότεραι διὰ περιθέσεως βρόχων. Ἄριστος δ' εἰς τοῦτο βρόχος ὁ ἐκ δυοῖν διαυλαίων. Οὗτος οὖν ἐν μὲν τοῖς κάτω τῦ κατάγματος μέρεσιν τῷ κώλῳ περιτιθεὶς τὴν εὐθύπορον ἐργάζεται τάσιν τῶν σκελῶν αὐτοῦ περιβληθέντων τῷ ἄξωνι. Ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσιν τοῦ κατάγματος αὐτὸς οὗτος ὁ βρόχος εἰ περιτεθείη, τὴν μεταληπτικὴν ἀποτελεῖ τάσιν, ἀπαχθέντων αὐτοῦ τῶν σκελῶν, ἄνω μὲν πρότερον εἶτ αὖθις κάτω, περιβληθεῖναι γὰρ χρὴ καὶ ταῦτα τῷ ἄξωνι. Τὴν περιαγωγὴν δὲ καὶ τὴν οἷον κάμπτην τῶν σκελῶν τοῦ βρόχυ τὴν ἐκ τῶν ἄνω μερῶν εἰς τὰ κάτω διὰ τροχιλλίων γίγνεσθαι χρὴ κατὰ τὰς πλευρὰς τοῦ γλωττοκομίυ τεταγμένων.

Χειρὸς δὲ καταγείσης [3] ὅταν ἤδη περιέρχεται καὶ μηκέθ' ὁ ἄνθρωπος κατακείμενος ᾖ, τυτέστιν μετὰ τὴν δεκάτην ἡμέραν, ἔμπροσθεν γὰρ ὡς τὸ πολὺ κατέκειτο, τῆς χειρὸς ἐν σχήματι κειμένης, ὑψηλότερον ἐχύσης βραχὺ τὸ ἄκρον αὐτῆς, τῦ τραχήλυ ταινίαν ἐξαψάσθω πλατεῖαν, ὥτως ὡς ὅλον ἐπ' αὐτῆς ὀχεῖσθαι τὸν πῆχυν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ χρὴ τὴν ταινίαν τήνδε περιβάλλειν, ἀλλ' ὁμαλῶς ἀποτείνειν ἅπαντι τῷ πήχει, μηδὲν αὐτοῦ μέρος ἐῶντας ἀστήρικτον, ἐφ' ὅτῳ συμφύτῳ βάρει ῥέπον τὸ τῦ πήχεως ὀστοῦν, ἐνεχθήσεται πρὸς τὸ κάτω καὶ διαταθήσεται.

Σχῆμα δὲ [4] αἱρεῖσθαι χρὴ τὸ ἀνωδυνώτατον καὶ εὐθύτατον, τῦτο δέ ἐστιν ἐπὶ μὲν χειρὸς τὸ καλύμενον ἐγγώνιον, ἐπὶ δὲ σκέλυς τὸ μικρῦ δεῖν ἐκτεταμένον. Εἰς ἀνωδυνίαν δὲ οὐ μόνον ἕκαστον τῶν κατὰ φύσιν σχημάτων, ἀλλ' ἔτι καὶ τὸ ἔθος ἔοικεν συντελεῖν.

Εὔλογον οὖν ἔδοξέν ΜΟΙ μᾶλλον [5] ἐκτεταμένον σχηματίζειν τὸ σκέλος, ἐφ' ὧν εἴθισται πλείστῳ χρόνῳ τοῦτο ἔχειν τὸ σχῆμα, καθάπερ καὶ ἧττον ἐκτεταμένον, ἐφ' ὧν δι' ὅλης ἡμέρας κέκαμπται. Καὶ τῇ πείρᾳ τε βασανίσας αὐτὸ τοιῦτο ἀνεῦρον ὑπάρχον ὁποῖον ἤλπισα. Καὶ περὶ τῶν χειρῶν δὲ κατὰ τὸν

αὐ-

(1) Simila occurrunt t. 5. p. 554. v. 45. et Methodi lib vi. c. v. t. iv. p. 104.

(2) T. iv. pag. 104. v. 16. ad 34.

membri partibus mutuo alligantes firmam sic existimant cruris positionem. Tunc enim pulvinus in translationibus aegroti pro capsula est cruri. Atqui apponunt quidam inferiori illius extremo lignum rectum, cui alligant summum pedem subiniecta prius lana, ne scilicet aegrotus crus sursum trahere, neque deorsum protendere valeat. Reductionem enim vinculum prohibet, demissionem vero lignum plantae adfixum.

Post HIPPOCRATEM quidem inventa fuit capsula mechanica, cuius structuram nunc dicam quoniam utilissima est, postquam inflammatio remiserit, cum praesertim iam callo glutinari fracturam opus est, intentionem faciens aequabiliter, ac sine dolore in fracto osse cruris.

Axe igitur singulari in extrema machina ad inferiores partes constituto membrum extenditur binis intentionibus. Quarum quae membrum trahit in rectum vocatur directa, quae vero sursum primum deinde deorsum permutata dicitur. Ambae fiunt laqueorum circumplexu, optimusque ei rei est laqueus e duobus loris praelongis. Hic igitur in inferioribus fracturae partibus membrum amplexus, directam extensionem facit loris circa axem volutis. In superioribus vero fracturae partibus, si laqueus hic ipse circumponatur permutatam extensionem exequitur, loris primo sursum et invicem deorsum ductis, nam et haec axi circumvolvi debent. Circumductum vero, et quasi flexum crurum laquei, a superioribus partibus deorsum per parvas trochleas fieri in lateribus capsulae dispositas.

Manu autem fracta cum homo iam obambulat, neque amplius decumbit, id est post decimam diem, antea enim utplurimum iacebat manu eo habitu composita, ut summum eius paulo altius haberet, a collo suspendatur mitella adeo lata, ut totus cubitus ea sustineatur. Oportet vero mitellam hanc non simpliciter obvolvere, sed aequabiliter sub toto cubito praetendere, nullam eius partem relinquendo, quae non fulta sit, ne proprio pondere inclinans cubiti os deorsum feratur ac depravetur.

Conformatio autem eligenda est nullatenus dolens et quam rectissima, cuiusmodi in manu est quam angulatam vocant, in crure vero non omnino exporrecta. Ad arcendum dolorem non habitus solum quicunque naturam sequitur, sed consuetudo quoque conducere posse videtur.

Rationi igitur consentaneum magis MIHI videtur extensum crus componere in iis qui plurimum temporis hanc formam servare solent, minusque porrectum in quibus dies totos flexum permanet. Cuius rei cum experimentum fecerim id evenire comperi quod speraveram. Et manuum eadem ratio est,

eas

(3) E comment. in HIP. fract. t. v. p. 538. v. 54.
(4) Method. lib. VI. t. v. p. 103. v. 18.
(5) Comment. III in HIP. offic. t. v. p. 695. v. 56.

eas scilicet proxime ad angulosam figuram conformandas esse, sed quam id magis aut minus faciendum sit, ex consuetudine indicium capere oportet.

Solvere autem tertio quoque die debebis, ne in membro praeter solitum cooperto dolor aliquis aut prurigo suboriatur, et ne perspirare id prohibeatur, quod iam ad fracturam defixum fuit, unde moleste non solum aliquos prurire, sed ob humorum asperitatem cute nonnunquam erosa, ulcerari quoque contingit. Perfundere igitur aquae temperatae quantum satis est ad huiusmodi humores discutiendos .

Quod si et iterum id pariter facies septima dies aderit ab initio primo, et cum omnia ab inflammatione libera nulla re impediente iam appareant, vel tenuiora quoque aliquando quam ex natura, tunc porro opportunum est ferulas circumponere, membrum simul diligentius conformando, dum ossa laxiora sunt. Ferularum usus idem est ac pannorum ad fractum os continendum, ut maneat immotum, etiamsi membrum universum moveatur, concussis enim durotisque fracturae oris calli concretio inhibebitur.

Iubet HIPPOCRATES leves esse ferulas et aequales et ad extrema resimas, paulum videlicet ab ima parte derasas, quae enim aeque crassae sunt usque ad finem non minus ibi adstringunt, quam in alia quoque vincturae parte, quod fieri non oportet. Mavult enim in medio arctius deligari, atque inde laxius usque ad extrema quae pene resoluta esse debent. Sed et breviores ferulas esse praecipit ipsa vinctura, ne quando cutem proximam tentare valeant eminentem plerunque ob humores receptos, quos fasciae exturbant. Easque monet crassiores circa fracturam esse debere, quod eo loco ipsarum impulsione maxime opus sit.

Id quoque cavere oportet, ne ad ossium eminentias, quales in ima tibia et sura sunt, ferulae pertingant, quod duplici ratione fiet, vel si nullatenus eas imponamus in illis vincturae partibus, vel si breviores, ut ne ad eminentiam perveniant, sed antea deficiant, quam eam tangant, satiusque fuerit ita facere, illis enim premuntur. Quamquam non ipsa quidem ossa premi magis dicenda sunt, quam superpositi musculi vel membranae, et passae tendinum extremitates, atque cutis.

Postquam ferulae impositae fuerint si quid in vinctura laxetur, oportet eas tertio quoque die coartari, neque omnem deligationem solvere ante vigesimum diem, ut firma tanquam crepido fiat callo, nisi quis forte sensus doloris, aut vehemens prurigo, vel ulcerationis metus, ac suspicio non recte com-

(1) Method. lib. VI. c. 5 t. IV. p. 103. v. 34.
(2) Inserta haec e comm. III. in HIP. de fract. t. V. p. 537 v. 5 et 12
(3) Comm. III. in HIP. off. t. V. p. 691. v. 32. et 39. ad 46.
(4) In impresso est *ἐπιδέσεως*, quae lectio sententiae minus apta VIDIO obfuit, qui obscure haec verba interpretatus est *Quandoquidem ad hunc locum potissimum pertinent (ferulae)*
(5) Comment. II. in HIP. fract. t. V. p. 555. v. 29.

αὐτὸν λόγον, δεῖν μὲν ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου σχήματος σχηματίζειν αὐτὰς, ἀλλ' εἰς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐκ τῶν ἐθῶν λαμβάνειν τὴν ἔνδειξιν

Λύειν δὲ διὰ τρίτης [2] ὅπως μήτε ἄση τις ἐπιγίγνοιτο μήτε κνῆσις ἀήθως σκεπασθέντι τῷ μορίῳ, μήτ' ἐπιπλέον αἱ διαπνοαὶ κωλύοιντο τοῦ φθάσαντος ἐνεστηρίχθαι κατὰ τὸ κάταγμα, δι' ἃς μὴ μόνον ἀσωδῶς κνᾶσθαι συμβαίνει τισὶν, ἀλλὰ καὶ διαβρωθέντος ὑπὸ τῆς τῶν ἰχώρων δριμύτητος ἐνίοτε τοῦ δέρματος, ἕλκωσιν γίνεσθαι. Καταντλεῖν οὖν ὕδατος εὐκράτου τοσοῦτον, ὅσον ἱκανόν ἐστιν διαφορῆσαι τοὺς τοιούτους ἰχῶρας.

Ην δὲ δὴ καὶ αὖθις ὁμοίως πράξῃς, ἑβδόμη μὲν ἂν εἴη μετὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν ἡμέρα, φαίνοιτο δ' ἂν ἤδη, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου, πάντα ἀφλέγμαντα, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ κατὰ φύσιν ἐνίοτε μᾶλλον ἰσχνὰ, τότε οὖν ἐγχωρεῖ καὶ νάρθηκας περιτιθέναι, διαπλάσαντα [2] νῦν δηλονότι τὸ κῶλον ἐπιμελέστερον, ὡς ἂν καὶ τῶν ὀστῶν ὄντων χαλαρῶν. Η δὲ χρεία τῶν ναρθήκων ἐστὶν, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν σπληνῶν, κρατεῖσθαι τὸ κατεαγὸς ὀστοῦν, ὡς ὀλίγιστον διαμένειν, εἰ καὶ τὸ κῶλον ἄπον κινοῖτο, συντεθέντων γὰρ καὶ κινηθέντων τῶν χειλῶν τοῦ κατάγματος ἡ πῆξις τοῦ πώρου κωλυθήσεται.

Αξιοῖ δ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ [3] λείους τε εἶναι καὶ ὁμαλοὺς τοὺς νάρθηκας, καὶ σιμοὺς κατὰ τὰ ἄκρα τουτέστιν ἀπεξεσμένους ἀτρέμα κατὰ τὴν κάτω χώραν. Οἱ γὰρ ἰσοπαχεῖς ἄχρι τοῦ πέρατος, ἴσην ἐνταῦθα τὴν ἐπίδεσιν ἐργάζονται, παντὶ τῷ ἄλλῳ μέρει τῷ τῆς ἐπιδέσεως, ὅπερ οὐ χρὴ γίγνεσθαι. Βούλεται γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τὴν ἐπίδεσιν ἐσφίγχθαι μᾶλλον, ἐκλύεσθαι δ' ἐνταῦθα ἄχρι τῶν περάτων, ἐκεῖνα δ' ἁπάντων ἐκλύεσθαι μᾶλλον. Αλλὰ καὶ μικροτέρους αὐτοὺς κατὰ τὸ μῆκος εἶναι κελεύει τῆς ἐπιδέσεως, ὅπως μὴ ψαύσειάν ποτε τοῦ μετὰ τὴν ἐπίδεσιν δέρματος, ὑψουμένου πολλάκις ἐκ τοῦ δέχεσθαι τοὺς ὑπὸ τῶν ἐπιδέσμων ἐκθλιβομένους χυμούς. Αλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ κάταγμα παχυτέρους εἶναι συμβουλεύει τοὺς νάρθηκας, ἐπειδὴ τὸ χωρίον τοῦτο μάλιστα τῆς ὑπ' αὐτῶν ἐπιδέσεως [4] δεῖται.

Φυλάττεσθαι δὲ χρὴ [5] καὶ κατὰ τὰς ἐξοχὰς τῶν ὀστῶν, ὁποῖαι κατά τε τῆς κνήμης εἰσὶν καὶ περόνης τὰ κάτω πέρατα, τείνεσθαι τοὺς νάρθηκας. Εσται δὲ τοῦτο [6] κατὰ δύο τρόπους ἢ μηδ' ὅλως ἡμῶν τιθέντων αὐτοὺς κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη τῆς ἐπιδέσεως, ἢ βραχυτέρους τιθέντων, ὡς μὴ παραγίνεσθαι πρὶν ἐκείνου ψαῦσαι, [7] καὶ βέλτιόν γε πράττειν οὕτως, θλίβονται γὰρ ὑπ' αὐτῶν. Μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτὰ χρὴ θλίβεσθαι λέγειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπικειμένους μῦς ἢ ὑμένας αὐτοῖς, καὶ τινας ἀπονευρώσεις καὶ τὸ δέρμα.

Μετὰ δὲ τὴν ἐπίθεσιν [8] τῶν ναρθήκων, εἴτι που χαλαρὸν γίγνοιτο τῆς ἐπιδέσεως ἐπισφίγγειν αὐτοὺς χρὴ διὰ τριῶν, οὐ λύειν ὅλην τὴν ἐπίδεσιν ἄχρι τῆς εἰκοστῆς, ὥστε βεβαίαν γενέσθαι τὴν οἷον κρηπῖδα τοῦ πώρου, πλὴν εἰ μήτις ὀδύνης αἴσθησις, ἢ κνῆσις σφοδρὰ, καὶ τῆς ἑλκώσεως φόβος, καὶ ὑποψία τοῦ μὴ καλῶς

K πε-

(6) Comm III. in HIP. offic. t. v p. 691. v. 50. admixtis nonnullis e comm. II. in fract. t. v. p. 553 v. 32.

(7) CELSI locus lib. VIII. cap. 10 pag. 534. v. 29. sic legitur in cod. MED. *In quam partem fractura inclinat ab ea latior valentiorque ferula imponenda est. Easque omnes* CITRA (vulg. *circa*) *articulum oportet esse recisas, ne hunc laedant*. Eiusdemque libri c. 15. pag. 549. v. 9. simili ratione quod in impressis est *supra manum* ibi scribitur CITRA *manum* utrobique rectius.

(8) Comm. I. in HIP. fract. t. v. p. 527. v. 53 et 4[illegible]

πεπλᾶσθαι τὸ κάταγμα, καὶ κίνησις σφοδρὰ κατά τινα συντυχίαν ἐν τῷ κώλῳ γενομένη, λύειν ἡμᾶς ἀναγκάσῃ.

Γενομένης δὲ τῆς πωρώσεως [1] οὐκέτ᾽ ἐν ἡσυχίᾳ παντελεῖ τηρεῖν χρὴ τὸ κάταγμα, προσήκει γὰρ ἀνατρέφειν τὸν πῶρον ὅταν ἀσφαλῶς ῥιζωθῇ. Τὸ δὲ ἀνατρέφειν γίγνεται τῇ χορηγίᾳ τῆς ὕλης, ἣν ὥσπερ ἀπετρέψαμεν ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ πεπονθότος εἰς ἕτερα μόρια τοῦ σώματος, οὕτως νῦν δεῖ προκαλεῖσθαι, καταντλοῦντας ὕδωρ θερμὸν, ἄχρι [2] τῆς εἰς ὄγκον ἐρυθρὸν ἐπάρσεως τῆς σαρκός. Τινὲς δὲ πτελέας ῥίζαν [3] τῷ ἀφεψήματι καταντλοῦσιν, ὅσα πωρώσεως δεῖται κατάγματα. Καὶ μέντοι [4] καὶ ὥσπερ ἐν ἀρχῇ παντάπασιν αὐτὴν ἐκωλύομεν εἰς τὸ πεπονθὸς ἔρχεσθαι, τῇ πιέσει καὶ τῷ πλήθει τῶν ὀθονίων, οὕτω νῦν προσήκει μὴ κωλύειν ἐπιῤῥεῖν ἀφαιροῦντας κατὰ βραχὺ τοῦ πλήθους τῶν ὀθονίων, ἅμα τῷ καὶ τὴν πίεσιν ἐκλύειν.

Ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ὑγρότης [5] ἐστὶν πλείων καὶ δι᾽ αὐτὴν οὐ πωροῦται τὰ κατεαγότα, ξηραίνειν αὐτὴν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, πειρᾶσθαι δι᾽ ἐπιδέσεως προσηκούσης, καὶ καταντλήσεως, ἤτοι γε ἐλαχίστης πάντα πασιν, ἢ πλείστης. Ἡ μὲν γὰρ ἐλαχίστη πρὶν ἐπιῤῥυῆναί τι παυομένη, τότε πρόχειρα τῶν ὑγρῶν διαφορεῖ, τότε ἐν βάθει διαχεῖ μετρίως, συμφέρει δὲ οὕτως κεχύσθαι τοῖς ὑπὸ τῆς ἐπιδέσεως ἐκθλίβεσθαι μέλλουσιν. Ἡ δὲ πλείστη διαφορεῖ μᾶλλον ἢ ἕλκει. Εὔδηλον δέ ἐστι καὶ ὡς ἐπὶ μὲν τῆς ἐκθλιβούσης ἐπιδέσεως ἧττον χρὴ πιέζειν τὰ τελευταῖα τῶν ὀθονίων, ἐπὶ δὲ τῆς ἀνατρεφούσης ἔτ᾽ ἧττον ταῦτα, καὶ συμπάσας τὰς περιβολὰς χαλαρωτέρας ποιεῖσθαι.

Διαιτᾶν δὲ ἐν ἀρχῇ λεπτοτάτως χρὴ, καὶ φλεβοτομεῖν ἐνίοτε, καὶ διὰ γαστρὸς ἐκκενοῦν τὰ περιττὰ, ὡς ἐν τῇ τῶν φλεγμονῶν οἰκείᾳ θεραπείᾳ λέλεκται. Κατὰ δὲ τὸν τῆς πωρώσεως καιρὸν, ἀνατρέφειν χρὴ τὸ σῶμα ταῖς εὐχύμοις καὶ τροφίμοις, ἐξ ὧν εἴωθεν γεννᾶσθαι χυμὸς, οὐ μόνον χρηστὸς, ἀλλὰ καὶ γλίσχρος, ἐξ οὗ δεῖ μάλιστα γίγνεσθαι τὸν πῶρον. Καὶ τῶν φαρμάκων δὲ ὅσα μὲν ἐμπλαστικὰ ταῖς οὐσίαις ἐστὶν μετρίως θερμαίνοντα προτρέπει τε καὶ συναύξει τοὺς πώρους, ὅσα δὲ διαφορητικὰ καὶ τοὺς ὄντας ἤδη καθαιρεῖ.

Θᾶττον μὲν οὖν [6] κρατύνεται τὰ κατεαγότα, τουτέστιν ἀσφαλῶς πωροῦται, διά τε τὴν ὕλην ἐξ ἧς ὁ πῶρος γίνεται συμμέτρως ἔχουσαν ἐν ποσότητι καὶ ποιότητι, καὶ διὰ τὴν ῥώμην τῆς πηγνυούσης αὐτὴν δυνάμεως. Εἰς χρόνον δὲ ἐκπίπτει πλείονα διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ὕλης. Ἔστιν ὅτε καὶ διὰ πλῆθος ἄμετρον, ἀποκλύζεται γὰρ ὁ πηγνύμενος πῶρος ὑπὸ τῆς ἔνδον ἐπιῤῥεούσης ὑγρότητος, ὅταν ᾖ πολλή τε ἅμα καὶ συνεχής. Ἔστι δὲ τὸ μὲν πάχος τῆς ὕλης ἐπιτηδειότερον εἰς τὸ παγῆναί τε καὶ γενέσθαι πῶρον. Ἡ δ᾽ ὑγρότης ὅταν ὑδατώδης τις ᾖ καὶ λεπτὴ κατὰ τὴν σύστασιν ἀνεπιτήδειος εἰς πώρου γένεσιν. Ὅτι δὲ καὶ ἡ δύναμις ἡ μὲν ἰσχυροτέρα ταχέως ἐργάζεται τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ἡ δὲ ἀσθενεστέρα βραδύτερον, οὐδὲ λόγου δεῖ. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐν διαφέρουσι χρόνοις αἱ πωρώσεις γίγνονται τοῖς συντετριμμένοις ὀστοῖς. Πλείων δὲ καὶ ἐλάττων

ἡ ὕλη

(1) Comm. v. in HIP. fract. c. 43. t. v. p. 537.
(2) Paucula haec sunt e libro vi. methodi cap. 5. t. iv. p. 103. v. 45.
(3) De simpl. medicam. lib. viii. t. ii. p. 106. v. 21.
(4) Redit ad comment. I. de fract. t. v. p. 537. v. 46.
(5) Method. lib. vi. c. 5. t. iv. p. 103. v. 50.

compoſitae fracturae, et violentior motus, qui caſu aliquo membro acciderit, interea ſolvere nos cogant.

Callo facto non amplius in quiete omnino continenda fractura eſt, convenit enim callum nutrire ubi valide radices egerit. Nutritio autem fit cum materia adducitur, quam ſicuti ab initio avertimus ab affecta in alias corporis partes, ita nunc evocare debemus aqua calida perfundentes donec in tumorem rubicundum caro efferatur. Nonnulli radicis ulmi decocto perfundunt fracturas, quas callo obducere opus eſt. Et vero etiam quemadmodum principio materiem prohibuimus in affectum locum confluere adſtringendo, multiſque linteis impoſitis, ita conſentaneum eſt nunc eius adfluxum non arcere, paulatim pannos ſubtrahentes, ſimulque laxius deligantes.

In quibus vero humoris plus ineſt, ob quem fracta non conſervent, ſiccare illum, ut antea dictum eſt, conabimur idonea deligatione et perfuſione, eaque minima prorſus, vel plurima. Minima enim prius deſiſtens quam quid confluat, tum qui ſunt in promptu humores diſcutit, tum profundius haerentes modice fundit, expeditque ita liquari ea quae deligatione expelli debent. Plurima vero perfuſio digerit potius quam trahit. Conſtat quoque in deligatione expellente poſtrema lintea minus coartari oportere, in reficiente vero haec non minus, et omnes circuitiones laxiores facere.

Tenuiſſime cibare primis diebus oportet, ac venam interdum incidere, et ſupervacua per alvum educere, ut dictum eſt ubi de propria inflammationum curatione ſermo fuit. At quo tempore callus gignitur, cibis boni ſucci et qui valde nutriant reficiendum corpus eſt, ex quibus non modo boni humores confici ſed etiam craſſiores ſoleant, unde callum fieri maxime convenit. Ex medicamentis vero quaecumque obſtruendo modice et calefaciendo valent, ea callos promovent et augent, ſed quae ſudores eliciendi vim habent, iam factos extenuant.

Citius igitur conſervent fracta, ideſt callo firmantur, tum materia ex qua callus fit habente quantitatis et qualitatis modum, tum robore virium ipſam cogentium. In longius vero tempus protrahuntur, et ob materiae inopiam, et interdum ob copiam immodicam, abluitur enim callus concreſcens ab humore intus affluente, ubi multus una ſit ac iugis. Facit autem craſſitudo materiei ut ea facilius ſpiſſetur et callus fiat. Humor vero ubi ſit aquoſus et conſtitutione tenuis minime aptus eſt ad callum conficiendum. Neque neceſſe eſt dicere valentiores vires citius, debiliores tardius operari, qua de cauſſa diverſis temporibus calli accreſcunt oſſibus fractis. Porro materies magis vel minus ab-

(*) Comm. 1. in Hip. fract. t. v. p. 537. v. 27.

abundat, crassiorque fit, vel tenuior, tum ob eam quae ab initio est cuique corpori temperationem, tum ob acquisitum quo curantur tempore habitum, praetereaque ob victum quo vivunt, et deligationis modum quo deligantur, et aetatem, et anni, tempus, et regionem, quibus omnibus vires aut validae aut imbecillae fiunt.

Tumores assurgentes ab expulsis humoribus, quos arctiore deligatione aliquando facimus, curandi sunt imposita lana multa succida bene carpta, vino oleoque irrigata. Sed illini antea cerato cutis debet cui haec superponenda est, ac deligatio a tumoribus ad superiorem partem fieri.

Alii quidem volunt humorem a tumente parte expressum ad eas quae supra deligationem sunt ascendere, nonnulli ad inferiora loca ferri. Eorum controversiam diiudicare difficile non est, definita prius ipsa deligatione, si enim laxatis ferulis, ut dictum est, partem tumentem deligemus, sanguinis nonnihil ad loca infra vincturam deveniet, sed si ferulis summotis atque tota deligatione penitus resoluta, iterum ab integro religemus, eam simul deligationem adhibentes quae fracturarum propria est, atque una miscentes eam quae a tumidis partibus incipit, humor expressus hoc modo ultra vincturam ab initio factam ad loca supra deligationem excurret.

Ac de transversis quidem fracturis vel haec satis esse possunt, de oblongis tum eadem omnia valent, tum adstringere ea magis oportet ad ipsum fracturae locum, et quod recessit introrsum protrudere. Iis vero quae comminuta sunt multifariam maximeque cum ulceribus, quod plerumque accidere solet, panni circumdari debent vino madentes potissimum aestate, putrescunt enim si quis oleum vel et ceratum adhibeat, cum siccari huiusmodi fracturae magis quam cererae postulent, et malum asperius aliquanto fit. Medicamenta quoque sint e siccantium genere, quae sanguinalia vocantur, quod cruentis protinus vulneribus iniici soleant.

In fracturis cum vulnere ubi nullum parvulum fragmentum ossis emineat, vel abscessurum videatur, eodem deligationis modo utendum est, quem ad fracturas sine ulcere praecepimus. Ubi vero opinio sit ossis particulam post aliquod tempus separatam naturae vi per ipsum vulnus expelli posse, fasciae capite vel a dextris vel a sinistris imposito, deligandus deinceps sic locus est ut totus comprehendatur, neque ulla pars nuda relinquenda, neque adstringi nimium vinctura debet.

Suspicari autem debemus subiectum os vitiatum esse cum effluens pus copiosius sit, quam pro ulceris modo. Si vero et properare ad secretionem pars velut emortua videatur, firmam eius rei iam cognitionem habebis. At unde conices ad secretionem properare? Primum quidem ex ipsis labris ul-

(1) Com. II. in Hipp. fract. t. v. p. 557 v. 53.

(2) Com. II. de fract. c. 74 t. v p. 558. v. 30. Cl. 7. 241 v.

(3) Emendanda hinc impressi codicis lectio monstrosa καὶ μὴ [illegible] αὐτῶν τῶν ἀπὸ τῶν οἰδημάτων ἀρχομένων, [illegible] ὥστε, et cet. ὑπερθεῖν vox Hippocratica, de fract. comm. II. c. 74.

(4) Meth. VI. 5. t. IV. 104. 12. Cl. 7. 41. e.

ἡ ὕλη καὶ παχυτέρα καὶ λεπτοτέρα γίγνεται, διά τε τὴν ἐξ ἀρχῆς ἑκάστου κρᾶσιν, καὶ διὰ τὴν ἐπίκτητον ἐν ᾧ θεραπεύεται χρόνῳ κατάστασιν, ἔτι τε δίαιταν ᾗ διαιτῶνται, καὶ τρόπον ἐπιδέσεως ὃν ἐπιδοῦνται, τήν θ' ἡλικίαν, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν χώραν, ἐξ ὧν ἁπάντων, καὶ ἡ δύναμις, ἤτοι γ' ἀσθενὴς ἢ ἰσχυρὰ γίγνεται.

Τὰ δ' ἐξαιρόμενα [1] τῶν οἰδημάτων διὰ τὴν ἔκθλιψιν τῶν χυμῶν, ὧν ἐκ τῆς σφοδροτέρας ἐπιδέσεως ἐνίοτε ποιούμεθα, θεραπευτέον, ἐπιτιθέντας ἔρια πολλὰ ῥυπαρὰ καλῶς κατειργασμένα, ῥαίνοντας ἐλαίῳ τε καὶ οἴνῳ. Προϋποχρίειν δὲ δεῖ τὸ δέρμα καθ' οὗ ταῦτ' ἐπιτεθήσεται κηρωτῇ, καὶ τὴν ἐπίδεσιν ἀπὸ τῶν οἰδημάτων ἐπὶ τὸ ἄνω ποιεῖσθαι.

Τινὲς μὲν οὖν [2] ὑπὲρ τὴν ἐπίδεσιν ἀνιέναι βούλονται τὸν ἐκθλιβόμενον τῶν οἰδημάτων χυμὸν, ἔνιοι δὲ εἰς τὰ κατὰ τὴν ἐπίδεσιν χωρία παραγίγνεσθαι. Κρῖναι δ' οὐ χαλεπόν ἐστιν τὴν διαφωνίαν αὐτῶν, ὁρισθείσης τῆς ἐπιδέσεως. Εἰ μὲν γὰρ ἐπανέντες τοὺς νάρθηκας ἐπιδήσαιμεν, ὡς εἴρηται, τὸ οἰδηκὸς, ἀφίκοιτ' ἄν τι τοῦ αἵματος εἰς τὰ κατὰ τὴν ἐπίδεσιν χωρία, εἰ δ' ἀφελόντες τοὺς νάρθηκας καὶ λύσαντες ὅλην τὴν ἐπίδεσιν, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἐπιδήσαιμεν, ἅμα μὲν τῷ καταγματικῷ τρόπῳ χρώμενοι τῆς ἐπιδέσεως, ἅμα δὴ [3] καὶ μιγνῦντες αὐτῷ τὸν ἀπὸ τῶν οἰδημάτων ἀρχόμενον, ὑπερθείη ἂν οὕτως τὴν ἀρχαίαν ἐπίδεσιν ἐκθλιβόμενος χυμὸς, ἐπὶ τὰ τῆς ἐπιδέσεως ὑψηλότερα χωρία.

Περὶ μὲν δὲ [4] τῶν ἐγκαρσίων καταγμάτων ἱκανὰ καὶ ταῦτα, περὶ δὲ τῶν παραμήκων τὰ μὲν ἄλλα σύμπαντα τὰ αὐτὰ, πιέζειν δὲ χρὴ μᾶλλον ταῦτα κατ' αὐτὸ τὸ κάταγμα, καὶ προστέλλειν εἴσω τὸ ἀφεστηκός. Ὅταν δ' ἐτραύσθη πολυειδῶς καὶ μάλιστα σὺν ἕλκεσιν, ὅπερ ὡς τὰ πολλὰ φιλεῖ γίγνεσθαι, σπλῆνας σκεπαρνηδὸν περιβαλεῖν, οἴνῳ τέγγοντας, μάλιστα ἐν θέρει, σήπεται γὰρ εἴ τ' ἐλαίῳ τις, εἴτε καὶ κηρωτῇ χρῷτο, δεόμενά γε ξηραίνεσθαι μειζόνως ἢ τἄλλα, διότι καὶ μεῖζον τὸ πάθημα. Καὶ τοίνυν καὶ τὰ φάρμακα πάντα τῶν ξηραινόντων ἔστω φαρμάκων, ἐκ τῶν ἐναίμων ὀνομαζομένων.

Τῶν δὲ [5] μεθ' ἕλκους καταγμάτων, ὅταν μὲν μὴ ἐξέχον τι, μήτ' ἀποστήσεσθαι προσδοκώμενον ᾖ μόριον τοῦ καταγέντος ὀστοῦ, χρῆσθαι δεῖ τῷ τρόπῳ τῆς ἐπιδέσεως, ὃν ἐδιδάξαμεν ἐπὶ τῶν χωρὶς ἕλκους καταγμάτων. Ὅταν δὲ ἐπίδοξον ᾖ τι μέρος αὐτοῦ τῷ χρόνῳ χωρισθὲν ἀποκριθήσεσθαι πρὸς τῆς φύσεως, διὰ τῆς κατὰ τὸ ἕλκος χώρας, τὴν ἀρχὴν [6] δεῖ θέντας, ἤτοι γ' ἐκ τῶν δεξιῶν ἢ τῶν ἀριστερῶν μερῶν, ἐπιδεῖν ἑξῆς ὡς ὅλον αὐτὸ καταληφθῆναι, καὶ μηδὲν ἀπολειφθῆναι μέρος γυμνὸν, μὴ σφόδρα τε πιέζειν τῇ ἐπιδέσει.

Δεῖ δὲ [7] ὑποπτεύειν πεπονθέναι τὸ ὑποκείμενον ὀστοῦν ὅταν πλέον ᾖ τὸ ἀποῤῥέον πύον ἢ κατὰ μέγεθος τοῦ ἕλκους. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπειγόμενον φαίνηται πρὸς τὴν ἀπόκρισιν τὸ πεπονθὸς μέρος, ἔχοις ἂν ἤδη βεβαίαν τὴν διάγνωσιν. Πόθεν οὖν ὅτι πρὸς ἀπόκρισιν ἐπείγεται; πρῶτον μὲν ἐξ αὐτῶν τῶν χειλῶν τοῦ ἕλκους οὐκ ἐθελόντων συ-

(5) Comm. III de fract. c. 2. t. v. p. 559. v. 32. ad 40 paulum contracta el 7. 242. a.
(6) Traducta haec ab eiusdem comment. cap. x. t. v. 562. 31. ad 37.
(7) Eodem comm. III. de fract. c. 18. t. v. p. 564. v. 5. ad 9.

συνιέναι πρὸς ἄλληλα, διϊσταμένων τε καὶ ἐκτρεπομένων, εἶτα καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος αἰσθήσεως, ἐν τῷ βάθει κινήσεως αὐτῷ τινὸς ἀμυδρᾶς φαινομένης.

Ὅταν μὲν οὖν [1] κατὰ τὸ μῆκος τοῦ κώλου γένηται τὸ ἕλκος ἐγχωρεῖ τοὺς νάρθηκας ἐπιβάλλειν ἑκατέρωθεν. Ὅταν δὲ ἐγκάρσιον, κωλύει τὴν ἐπίθεσιν τῶν ναρθήκων, καὶ μάλιστ' ἐὰν ᾖ μεῖζον, ἐφ' ὧν πλείοσιν ὀθονίοις χρηστέον.

Ὠφελιμώτατος [2] δ' ἐστὶν ἁπάντων οἴνων εἰς τὰς τοιαύτας διαθέσεις ὁ μέλας καὶ αὐστηρός. Δῆλον δ' ὅτι καὶ κατὰ τὴν σύστασιν ὁ τοιοῦτος ἐστὶν παχὺς, τὸ μὲν κοινὸν ἀγαθὸν ἔχων, οὗ χάριν εἰς ἐπιβροχὰς [3] ἑλκῶν παραλαμβάνεται, τῶν δ' ἄλλων οἴνων τῶν στυφόντων ἀδηκτότερος ὤν, ὅπερ οὐ τὸ τυχὸν ἀγαθόν ἐστιν ἐν ταῖς τοιαύταις θεραπείαις, διὸ κἂν μὴ λίαν αὐστηρὸς, ἀλλὰ μετρίως ᾖ τοιοῦτος ἀμείνων ἐστίν. Ὀδύνην γὰρ ὁ λίαν αὐστηρὸς φέρει, συνάγων καὶ πιλῶν τὴν σάρκα περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. Ὅθεν οὐδὲ λεπτομερὴς κατὰ τὴν οὐσίαν οἷός περ ἐστιν ὁ λευκὸς ἢ ξανθὸς ἢ κιῤῥὸς ἐπιτήδειος, εἰσδυόμενος γὰρ εἰς ὅλον τὸ βάθος τῆς ἡλκωμένης σαρκὸς αἴσθησιν ὀδυνηρὰν πλείονα φέρει, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ γιγνομένην σφίγξιν τε καὶ πίλησιν. Ὁ δὲ παχυμερὴς ὁποῖος ἐστὶν ὁ μέλας, οὐ καταδυόμενος εἰς τὸ βάθος τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ποιότητος διαδόσει, στύφωντε [4] καὶ συνάγων αὐτὴν, ἀποκρύεται μὲν τοὺς ἤδη περιεχομένους χυμοὺς, ἀναστέλλει δὲ τοὺς ἐπιῤῥέοντας.

Λέλεκται δὲ καὶ πρόσθεν, ὡς ἀεὶ χρὴ τέγγεσθαι τὸ ἕλκος ὑπ' αὐτοῦ, ξηρανθέντων γὰρ ἐπ' ὀλίγον ἢ θερμανθέντων τῶν ἐπιβεβλημένων ὀθονίων, τῷ ἕλκει φλεγμονὴν ἀναγκαῖον ἀκολουθῆσαι, καὶ μάλιστ' ἐν θέρει. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ παρ' ΗΜΙΝ ἐν Περγάμῳ τῶν ἀρχιερέων τὰς καλουμένας μονομαχίας ἐπιτελούντων, τοὺς κάκιστα τρωθέντας ἐθεράπευσα, πτύγματα μὲν ὀθονίων ἐπιθεὶς τοῖς τραύμασιν, οἴνῳ τοιούτῳ βεβρεγμένα, καὶ αὐτῶν δὲ ἔξωθεν σπόγγους καινοὺς μαλθακοὺς, εἶτα σχεδὸν δι' ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐπιβρέχων. Προϋπέβαλλον δὲ τῷ τετρωμένῳ κώλῳ δέρμα κοιλαῖνον ἀτρέμα κατὰ τὴν πρὸς ποδῶν χώραν, ὡς διὰ τούτου φέρεσθαι τὸν ἐκ τῆς ἐπιβροχῆς οἶνον, ἐκκενοῦσθαί τε καθάπερ δι' ὀχετοῦ, δεχομένης αὐτοῦ τὴν ἐκροὴν λεκάνης κενῆς, ὡστ' ἀναλαμβανόμενον αὖθις τὸν ἀθροιζόμενον οἶνον ἐν αὐτῇ καταντλεῖσθαι δεύτερον.

Γνωστέον [5] δ' ὡς τὸ κῦρος τῆς θεραπείας ἡ ἐπίτεγξις ἔχει, κατάγε τὰς πρώτας ἡμέρας, ἡνίκα ἐκθλίψεσθαι χρὴ τῶν ἡλκωμένων μορίων ὅσον ἤδη φθάνει κατ' αὐτὰ περιττῆς ὑγρότητος ἠθροῖσθαι, κωλῦσαί τε τὸ ἄνωθεν ἐπιῤῥέον. Ἀπὸ δὲ τῆς τρίτης ἡμέρας ἡ πιωτερὰ κηρωτὴ χρησιμωτέρα πέττουσα τὰ κατὰ τὸ ἕλκος. Ἀλλ' ὅγ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ εὐθέως ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν παραλαμβάνει, τὴν ἐκ τοῦ οἴνου [7] δύναμιν οὐκ ἐθέλων ἀκραιφνῆ προσπίπτειν τοῖς ἡλκωμένοις μορίοις, ἀλλὰ κατὰ διάδοσιν, [8] ὅπως μήτις ἀνία γίνηται διὰ τὴν στύψιν.

Πο-

(1) T. v. p. 56. v. 48. et 51. comm. III. de fract. c. 12. Cl. 7. 243. F.

(2) Ibi pag. 565. v. 12. ad 29 eiusd. comm. cap XXI.

(3) Imp. habet ἐπιβολάς minus apposite, quod VIDIO fortasse caussa fuit, ut paulo liberius interpretaretur *Communis illi gratia est ob quam in ulcerum vinculis ingeritur*.

(4) In impresso libro scribitur ψύχων pag. 465. v. 19. atque sic legisse VIDIUM manifestum est Cl. VII. 244. H. interpretantem *refrigerando*. Nostri codicis certissima lectio est, cui nec rerum natura, neque ipsius GALENI doctrina repugnat.

(5) Pontifices ob honorem sacerdotii Romae ludos edere potuisse, ac tandem in provinciis coëctos fuisse sacerdotes populo ludos dare, atque horum exhibitionem patrimonii munus fuisse ostendit GUTHERIUS *de veteri iure pontificio* lib. III. c. 10. Gladiatorum vero munus Romanae consuetudinis, primo maiore cum terrore ho-

ulceris, coire nolentibus atque hiantibus et aversis, deinde ex aegroti sensu, quo motum quendam obscurum sibi penitus percipere videtur.

Quando igitur ulcus fit per longum membri, ferulas imponere utrinque licet, transversum vero ulcus id non patitur, praesertim si maiusculum sit, ubi plurimis linteis uti conveniet.

Vinorum omnium utilissimum ad huiusmodi vitia nigrum est et austerum, quod huiusmodi vinum constitutione densius sit, commune id bonum habens, cuius gratia madefaciendis ulceribus adhibetur, ac praeterea minus mordax sit quam alia vina adstrictoria, quae non levis bonitas est in curationibus, ideoque etsi non nimium sed modice austerum sit hoc vinum, melius tamen est, nam nimis austerum contrahens et compingens carnem plus quam par est, dolorem ciet. Quapropter neque tenuioris naturae vinum probatur cuiusmodi est album aut fulvum aut sanguineum, quod ulceratam carnem penitus permeans sensum doloris acutiorem faciat eam constringendo et comprimendo. Densum vero quale nigrum est non penetrans carnem, sed sola qualitatis suae distributione eam adstringens et cogens, collectos iam humores expellit, et affluentes reprimit.

Dictum et antea fuit eodem vino semper ulcus madefaciendum esse, siccescentibus enim paulatim et calefactis linteis suprapositis, inflammationem ulceri accedere aestate potissimum necesse est. Quo quidem tempore apud NOS quoque Pergami pontificibus gladiatoria quae vocant munera exhibentibus, pessime vulneratos EGO curavi, multiplicia lintea imponens vulneribus vino huiusmodi perfusa, superque ea spongias novas molles, ac deinde totum fere diem noctemque irrorando. Supponebam vero antea membro vulnerato corium leviter cavatum ea parte qua ad pedes vergebat, ut vinum a perfusione manans per illud efflueret, et quasi per canalem exhauriretur, lapsum eius excipiente vacua pelvi, ut resumtum quod ibi collectum fuerat denuo posset infundi.

Sciendum porro est irrigationem primis saltem diebus summam curationis habere, quando expellere opus est ab ulceratis partibus quicquid iam superflui humoris collectum fuerit, et quod a superioribus defluit prohibere. A tertia vero die ceratum picatum utilius erit, maturans quae ad ulcus sunt. Atqui HIPPOCRATES continuo ab initio id adhibet, volens vini vim ulceratis partibus non integram sed distribute occursare, ne qua illis ab astrictione molestia fiat.

Sac-

hominum quam voluptate datum in Graecia, deinde familiare oculis Graecorum gratumque spectaculum fuisse, animadvertit LIVIVS lib. XLI. c. 20. Minime negligenda videtur etsi parvula sit nostri codicis hoc loco in voce ΚΑΙ' differentia ab impresso, ubi scribitur Α'ΕΙ', quod interpretem VIDIVM adegit, ut diceret, gladiatores Pergami SEMPER aestate datos fuisse, quod prorsus incertum aliunde est.

(6) Ibi v. 44.

(7) In impresso [illegible], unde est fortasse illa VIDII interpretatio *cerato cum vini proprietate utitur*.

(8) Impressus habet [illegible], quod VIDIVS interpretatur *medium aliquid interiectum*. Lectio nostra vera rem planius exprimit.

Saepe vero et frustula ossium et squamae tempore abscedunt, quae melius est a natura protrusa paulatim ac suo tempore exire, quam irritari medicamentis, aut instrumentis evelli. Quaecumque enim vi confertim abstrahuntur cava fistulosa faciunt, quae autem a natura propelluntur subtus gignente vel materiam callosam vel carnem, ea excidentibus quae excidere debent, continuo plena apparent, et celeriter cicatrices inducuntur, applicito medicamento quod modice siccet et adstringat.

Sed et nervosa quaedam et membranacea corpora interdum abscedunt, quae sine periculo paulatim multo tempore in pus vertuntur, acrium vero medicamentorum vim passa, vel instrumento quopiam, vel digitis avulsa, consensum adducunt subiectarum partium, ut inflammatio quoque, et febris, et delirium, et nervorum distentio consequantur.

Ossium vero eas partes praecidi par est, quaecumque saltem obstant ne recondantur, et quae contingentes carnes vexant, atque ut dicit HIPPOCRATES improbam posituram praebent, idest difficilem et molestam ipsorum ossium positionem. Manifestum insuper est nudata carnibus ossa, neque protinus composita, exsiccari et excidere.

Non recte vero compositis interdum fractis ossibus, si tibi obtingat quod nondum conferbuit, postquam detorseris, reduc in suam sedem, at si incidat iam callo glutinatum, aqua cum oleo multo foveto, tum valide intentum, primo quidem rursus frange ut ab initio fractum fuerat, deinde vero naturali formae restitue, et postremo naturae committe callum fracto in eo habitu obducere.

II. L.

(1) Comm. II. in HIP. de off. cap. XXIII. t. V. p. 683. v. ult. ad 684. v. 7. cl. VII 210. H.

(2) Emendanda hinc impress. libri scriptura ἐκλυθεῖσιν a qua est VIDII interpretatio *instrumentis resolventibus* a re grammatica simul et chirurgica nonnihil abhorrens.

(3) Totus locus sic in impressis paulum corruptus legitur Ὅσα δὲ [illegible]. Quae non miror VIDIUM non nisi obscure interpretari valuisse *ubicumque casura subcrescente calloso quopiam vel carnoso remittuntur*

(4) Comm. in HIP. de fract III 46. t. v. p. 571. v. 32. Cl. VII. 247. H.

(5) Libri impressi HIPPOCRATIS et GALENI hoc loco habent δυσαποθεσίῃ, sed videndum an codicis nostri auctoritate legere apud utrumque liceat δυσθεσίῃ, quam voculam inter Hippocraticas refert EROTIANUS, qui interpretatur, ut est in ed. H. 17. δυσπαραιτήτου ἢ δυσκαταστάτου. EUSTACHIUS vertit *morositatem vel difficilem placationem*, eademque repetit FOESIUS. quae cum non satis faciant emendandam EROTIANI dictionem putaverim legendo δυσκατάστατον, ac vertendo *difficilem instaurationem vel difficilem restitutionem*, ut ipse GALENUS hic explicat, et naturalis vocabuli δυσθεσίης notio postulat

(6) In impr. male scribitur ἀγγίας et VIDIO redditur *cum tormento*.

(7) De fragmentis ossium in magno vulnere non coeuntibus sermo est apud CELSUM lib. VIII cap. X. quem intelligere non est humani ingenii, si legatur in aliqua e toties repetitis editionibus Lindenianis, nimium fortasse a vetere scriptura et a principe et optima impressione Florentina recedentibus. Quamobrem liber hic totum eum locum restituere MEDICEI codicis auctoritate, cum quo editio illa plerumque convenit, quod praesertim una duntaxat vocula, quam exhibent membra-

Πολλάκις δὲ [1] καὶ ἀπόσχιδες ὀςῶν καὶ λεπίδες ἀποπίπτουσιν ἐν τῷ χρόνῳ, καὶ βέλτιον αὐτοῖς ἐςὶν ὑπὸ τῆς φύσεως ὠθουμένοις κατὰ βραχὺ τὴν ἔκπτωσιν ἐν χρόνῳ ἔχειν, οὐ διὰ φαρμάκων ἐρεθισθεῖσιν, ἢ δι' ὀργάνων ἑλκυσθεῖσιν. [2] Ὅσα μὲν γὰρ ὑπὸ βίας ἀθρόως ἀποσπᾶται, συριγγώδεις ἐργάζεται κοιλότητας, ὅσα δὲ [3] ὑπὸ τῆς φύσεως ὑποφυούσης ἤτοι πωροειδῆ τὴν οὐσίαν ἢ σάρκα, ταῦτ' ἐκπεσόντων τῶν τῆς ἐκπτώσεως δεομένων, εὐθέως φαίνεται πλήρη, καὶ διὰ ταχέων ἐπουλοῦται, προσαχθέντος αὐτοῖς μετρίως ξηραίνοντος καὶ ςύφοντος φαρμάκου.

Καὶ νευρώδη δέ τινα καὶ ὑμενώδη σώματα πολλάκις ἐκπίπτει διαπυΐσκοντα μὲν ἀκινδύνως ἐν χρόνῳ πλείονι κατὰ βραχὺ, βιασθέντα δ' ὑπὸ φαρμάκων δριμέων, ἢ δι' ὀργάνου τινὸς, ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων δακτύλων ἀποσπασθέντα, συμπαθείας ἐπάγεται τῶν ὑποκειμένων μορίων, ὡς καὶ φλεγμῆναι καὶ πυρέξαι καὶ παραφρονῆσαι καὶ σπασθῆναι.

Τῶν δὲ ὀςῶν [4] ἀποτρίειν ἐκεῖνα προσῆκεν, ὅσα γε κατὰ τὰς ἐμβολὰς ἐμποδίζει, καὶ ὅσα λύπει τὰς ψαυούσας σάρκας, καὶ ὡς ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ φησὶν, δύσθεσιν [5] παρέχει, τουτέςιν δυσχερῆ καὶ ἄνιαρὰν [6] τὴν αὐτῶν θέσιν. Δῆλον δὲ ὅτι τὰ γυμνωθέντα τῶν σαρκῶν ὀςᾶ καὶ μὴ παραχρῆμα ταχθέντα καταξηραίνεται καὶ ἀποπίπτει. [7]

Κακῶς δὲ [8] διαπλασθέντων ποτὲ τῶν καταγέντων ὀςῶν, ἐὰν μὲν μηδέπω πεπωρωμένῳ περιτύχῃς, διαςρέψας εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάναγε, πεπωρωμένῳ δὲ ἐντυχὼν, ὕδατι μετ' ἐλαίου πολλῷ καταντλήσας, εἶτα διατείνας ἰσχυρῶς, πρῶτον μὲν κάταξον ὡς ἐξ ἀρχῆς ἦν κατεαγὸς, ἐφεξῆς δὲ τῷ κατὰ φύσιν σχήματι διάπλασσε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπίτρεπε τῇ φύσει πωροῦσθαι τὸ κατεαγὸς ἐν τούτῳ τῷ σχήματι.

ne, quamque incusa omnia exemplaria, neque ipsis primis exceptis, corrupere, miram lucem afferat universae sententiae. Pagina igitur illarum editionum 540. v. 15. haec verba occurrunt. *Quo magis necessarium est, saepius ulcus resolvere quam nutrire* (cod. ATQUE *nutrire*, eodemque modo dixerat paulo ante pag. 539. v. 26. *solvendum nutriendumque est*). *Sequitur quo fere* (cod *sequitur* VERO) *ut id os per se post aliquot dies excidat, aut cum iam ante misera conditio* (cod. *cum* YAM *misera* ANTEA *conditio*, *vulneris sit, tamen id interdum malius, diuturniusque faciat*. (Cod *interdum* MANUS DIUTIUSQUE FACIES.) Quae verba etsi non omnino recte se habeant, verae tamen lectionis vestigia praeseferre videntur, quae minima mutatione hoc modo nisi fallor elici potest *Tamen id interdum* MANUS DIU ET VSQUE FACIET, id est si emortuum illud os per se non excidat, manu extrahendum esse, per dies tentando et usque dum obrumpatur, praesertim cum aliunde pessima vulneris conditio sit. Quae sequuntur hanc explicationem comprobant. *Saepe* ENIM *non etiam ut in vulg.*) *integra cute os obrumpitur, prothusque prurigo et dolor oritur*, QUAE (vulg. *quare*) *solvere si accidit maturius oportet, et fovere aqua et cet.* Dixerat paulo superius p 539. v. ult. simili ratione *Si id* MANUS FACERE *non potest*. Quo loco pariter non video cur vetustior probaque lectio reiecta fuerit, quam et noster codex firmat *Vulsella quali fabri utuntur iniicienda est recte se habenti capite* (vulg. *acutae ossis prominentis cuspidi* quod in nullo unquam exemplari manuscripto vidi) *ab ea parte qua sima est, ut ea parte qua gibba* (GIBBA in cod. lego *gibbera*) *est eminens os in suam sedem compellat*. Sed haec omnia diiudicent qui critica aeque ac medica scientia praestant.

(8) Comm. in HIP. offic. II. 25. t. v. p. 685. 7.

Β. ῑ. ΠΕΡΙ῾ ῬΙΝΟ῍Σ ΚΑΤΑΓΕΙΣΗΣ.

ΤΑ` θλάσματα [1] τῆς ῥινὸς πειρᾶσθαι χρὴ μάλιστα μὲν ἀφλέγμαντα διαφυλάττειν, εἰ δὲ καὶ φλεγμήνειεν, ἀφλέγμαντα ποιεῖν ὡς τάχιστα. Δεῖται δ᾽ οὐδὲν ἐπιδέσεως, ἀλλ᾽ ἀρκέσει τὸ μέσον τοῦ ὀθονίου κατὰ τοῦ μέσου τῆς ῥινὸς ἐπιβάλλοντα, μὴ βιαίως ἀπάγειν τῶν σκελῶν ἑκάτερον ὀπίσω τῆς κεφαλῆς, ἐντεῦθεν τ᾽ ἐπὶ τὸ μέτωπον ἄγοντα δῆσαι. Καταπλάσσειν δ᾽ ἀλεύρῳ γλισχρὸν σαίς ἐργαζομένῳ, προσβάλλοντα κόμμι ἢ μάνναν [2] ὀλίγην. Ε῎ΓΩ᾽ δέποτε μήτε μάννης μήτε κόμμεως εὐπορῶν, ἐχρησάμην ὑγρᾷ ῥετίνῃ. Χρήσαιο δ᾽ ἄν ποτε καὶ μέλιτι μηδὲ ταύτης παρούσης, ἀλλ᾽ ἄμεινον ἐπὶ τὴν μάνναν ἔρχεσθαι καὶ τὸ κόμμι, θερμαίνει γάρ πως τό τε μέλι καὶ ἡ ῥετίνη. Τὰ δὲ τοιαῦτα κατὰ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἄχρηστα, προϊόντος μέν τοι τοῦ χρόνου καὶ μένοντος τοῦ λειψάνου τῆς φλεγμονῆς, ταῦτα γίγνεται τῶν ἄλλων χρησιμώτερα.

Διαπλάττομεν [3] δὲ τὸ κατεαγὸς τῆς ῥινὸς ὅταν μὲν ἐγχωρῇ τοῖς δακτύλοις χρώμενοι, καθιέντες εἰς τοὺς μυκτῆρας, ὅταν δὲ μὴ ἐνδέχεται σπαθομήλαις, ἀνάγοντες οὐ κατὰ τὸ πρόσθεν μέρος τῆς ῥινὸς, ἀλλὰ καθ᾽ ὃ μάλιστα καταπέπτωκεν εἰς τὴν κοιλότητα τὸ κατεαγὸς αὐτῆς, ἐκεῖνο γάρ ἐστιν τὸ καὶ τῆς μοχλείας δεόμενον, ἵν᾽ ὑψωθὲν εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἀφίκηται χώραν, οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἄλλο τι τὸ διαπλάττειν ἐστὶν ὁτιοῦν μέρος, ἔξω τοῦ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν αὐτοῦ διδόναι χώραν.

Α῎πασα [4] δ᾽ ἡ διὰ τῶν κολλημάτων ἀντίτασις τε καὶ οἷον εὔθυνσις τῆς διεστραμμένης ῥινὸς ἀσθενὴς ἐφάνη ΜΟΙ πειρωμένῳ. Εἰ μὲν γὰρ ἰσχυρότερον τείναις [5] αὐτὸ, ἀποκολλᾶταί τε καὶ ἀφίσταται, μετρίως δὲ τείνοντος οὐδὲν ἀξιόλογον περαίνεται.

Γ. ια. ΠΕΡΙ῾ ΓΕ῎ΝΥΟΣ ΚΑΤΑΓΕΙ῎ΣΗΣ.

(1) Margini haec adnotata sunt antiqua scriptura. ΣΧΟΛΙΟΝ. Ὅτι οἱ πρὸ τοῦ ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ χειρουργοὶ οὕτως τὸ πάθος ὠνόμασαν, κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τοῦ ζώου, ὡς γὰρ ἡ ἀλώπηξ καρπῶν ἐστιν ἀφανιστικὴ, καὶ τὸ πάθος τῶν τριχῶν, ὡς ΑΥΤΟΣ φησι. Οἱ δὲ φασιν ὡς ἡ ἀλώπηξ χνοώδεις ἔχει ὑπόπυρρος χαλαζώσας τὰς τρίχας, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ πάθους γίνεται. Ὁ μέντοι ΓΑΛΗΝΟΣ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν κατὰ τόπους, οὕτως ὠνόμασθαι, φησὶ διότι συνεχῶς γίνεται ταῖς ἀλώπεξι. INTERPRETATIO. Qui ante HELIODORVM fuere chirurgi sic morbum nominaverunt, translatione a vulpe, quae bestia ἀλώπηξ graece dicitur, quemadmodum enim vulpes fruges labefactant, sic morbus hic capillos, ut IPSE ait. Alii vero dicunt ut vulpes lanuginosos pilos habet, colore aliquantulum aeneos, ita in hoc morbo fieri. At GALENVS libro primo de medicamentis secundum loca sic dictam refert, quod frequentissime vulpibus accidat.

τῆς θεραπείας καίρῳ ξυρᾶν δεῖ τὴν ἀλωπεκίαν, ἵν' ἐρεθισθῇ ἐπιφάνεια, καὶ ὀθονίῳ τραχυτάτῳ τὸν τόπον ἀνατρίψαντα, κατασχᾶν ἐπιπολαίοις ἀμύχαις, πρὸς ἔκκρισιν τῦ τῆς ψιλώσεως αἰτίυ. Εἶτα ἐπιθεῖναι φάρμακον ἑλκυστικὸν, οἷόν ἐστιν τυτί. Φλοίου καλάμυ κεκαυμένυ τέφραν, καὶ νίτρυ, καὶ καρδάμυ, πεφωγμένων ἴσα λεῖα ἀναλάμβανε ὑγρᾷ πίσσῃ, ἵν' ἐμπλαστρῶδες γένηται, ποιήσας τε σπλήνιον ἀφλεγμάντου δυνάμεως, κατὰ τὴν μεσότητα ἔκκοπτε, ἀναλόγως τῷ τῆς ἀλωπεκίας μεγέθει, ἵνα τὰ μὲν πλησίον μέρη σκεπασθῇ, γυμνὸς δὲ μένῃ ὁ τῆς ἀλωπεκίας τόπ☉. Καὶ τότε πλάτυσμα τῦ φαρμάκυ ἐπιτίθει κατὰ τῆς ἀλωπεκίας, χαρτίῳ σκεπάζων αὐτὸ, καὶ οὐκ ὀθονίῳ, ἵνα μὴ διὰ τῶν ἀραιωμάτων ἐκρεύσῃ τὸ φάρμακον, ἐπίδεσίν τε τὴν οἰκείαν παραλαμβάνεται. Καὶ τῇ τρίτῃ λύσας, ἐὰν μὴ φανῇ φλύκταινα γεγονυῖα μεγάλη, πάλιν ἐπιτίθει τὸ αὐτὸ φάρμακον, τῇ δὲ τετάρτῃ ἢ τῇ πέμπτῃ, τῆς φλυκταίνης φανείσης, τοῖς δακτύλοις ἀποδερεῖν, καὶ τοῦ ὑγρῦ ἐκκριθέντος, προσάμυσσε τὸν τόπον φαρμάκῳ τινὶ, οἷόν ἐστιν τὸ ἀφοδευμάτων μυῶν σὺν λιβανωτῷ καὶ ὄξει. Ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις, ἐὰν μὲν ἐπιπόλαιος ὖσα ἡ ἕλκωσις, ταχέως φαίνηται ἐπουλωμένη, τοῖς αὐτοῖς ἐπίμενε, εἰ δὲ βραδύνοι, κηρωτῇ χρῶ δι' ἐλαίου καὶ ψιμυθίου ἐσκευασμένῃ, ἅμα γὰρ κατουλωθῇ ὁ τόπ☉, χνοώδεις ἀραιαὶ φαίνονται φυόμεναι τρίχες, ἃς δεῖ συνεχέστατα ξυρᾶν, πράως ἀνατρίβοντα τὸν τόπον. Βραδυνούσης δὲ τῆς τριχοφυΐας, τοῖς εἰρημένοις φαρμάκοις πάλιν χρηστέον. Κροκοδείλυ χερσαίου [1] τὸ δέρμα καὲν ἀναισθήτυς ποιεῖ τοὺς μέλλοντας τέμνεσθαι.

ΤΕΛΟΣ.

ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΓΜΑΤΩΝ ΛΟΓΟΥ.

(1) DIOSCORIDES de medica materia lib. II. c. 71. ed. SARACENI Ἔστι δὲ (Σκίγκος) κροκόδειλος χερσαῖος. *Est vero* (*scincus*) *crocodilus terrestris*. PLINIUS nat. hist. lib. XXVIII. cap. 8. *Ex eadem similitudine est scincus quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt*. GALENUS quoque de simpl. med. lib. X. t. 11. p. 340. v. 40. meminit τῶν χερσαίων κροκοδείλων τούτων τῶν μικρῶν τε καὶ χαμαιερπῶν. *Terrestrium crocodilorum horum exiguorum et humi*

et quae diuturna fuit vix item ſanabilis erit. Vbi curatio tentatur, radere oportet, ut ſuperficies irritetur, et linteo aſperrimo locum perfricatum ſcarificare, ut ſumma pellicula exciſa, educatur id quod pilum naſci prohibet. Deinde medicamentum ad extrahendum induci debet, cuiuſmodi hoc eſt. Corticis calami uſti cinerem, et nitri et cardami toſtorum, pondera paria contrita, excipe liquida pice, ut emplaſtri formam obtineant, pannoque ex eo illito qui reprimere inflammationem valeat, medium excinde ut areae glabrae amplitudini reſpondeat, adeout vicinae quidem partes tegantur, area vero ipſa nuda maneat. Tum pannum medicamento illitum impone, prout ea dilatatur, chartula illum operiens, non linteo, ne medicamentum per raritudinem effluat, et faſcias quas commode recipit iniicito. Vbi deinde tertia die ſolveris, niſi puſtula apparuerit magna oborta, idem medicamentum iterum impone, quarta vero vel quinta die, puſtula exiſtente, digitis pelliculam detrahere oportet, et humore qui ſubeſt effuſo, locum lacera aliquo medicamento, quale eſt e ſtercore murino cum ture, et aceto. Inſequentibus vero diebus, ſi quidem ulceratio, cum ſit in ſumma cute, in cicatricem celeriter coire videatur, iiſdem inſiſte, ſi lentius vero procedat cerato utitor ex oleo et ceruſſa parato, ſimul enim ac locus cicatricem recepit, lanuginoſi rari ſubnaſcentes apparent capilli, quos frequentiſſime radere oportet, leniter locum perfricando. Vbi tarde pilus naſcitur, medicamentis iam dictis iterum uti debemus. Crocodili terreſtris corium uſtum, facit ut ſenſu doloris careant, qui incidendi ſunt.

FINIS

LIBRI DE FRACTVRIS.

humi repentium. Sed poſtrema haec vana et inepta adeo ſunt, ut HELIODORO abiudicanda videantur, quae a margine fortaſſe antiquioris exemplaris exſcriptor aliquis inconſiderate in contextum traduxit, cuiuſmodi quiſquiliis oppletas extremas paginas veterum codicum ſaepe vidimus.

ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ

ΤΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΣΥΝΑΓΩΓΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ

ΠΕΡΙ ΕΞΑΡΘΡΗΜΑΤΩΝ.

ORIBASII

COLLECTIONIS MEDICINALIS

LIBER QVADRAGESIMVS SEPTIMVS

DE ARTICVLIS EXCIDENTIBVS

E MEMBRANIS MEDICEIS FLORENTINIS

DESCRIPTVS ET CONVERSVS

AB A. COCCHIO MVCELLANO.

ΟΡΙΒΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΕΞΑΡΘΡΗΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΜΖ.[1]

Α. οη. ἘΚ ΤΩ͂Ν ΓΑΛΗΝΟΥ͂[2]

ΤΩ͂Ν Δ᾽ ἘΞΑΡΘΡΗΜΆΤΩΝ τινὰ μὲν ἐξαιφνιδίως τε καὶ σφοδρὰς ἔχει προηγουμένας κινήσεις, τινὰ δὲ ἀμετρίᾳ τῆς ἐν τοῖς ἄρθροις ὑγρότητος γίγνεται, τεγγούσης μὲν τοὺς συνδέσμους, καὶ χαλώσης, ὀλισθηρὰν δὲ τῇ γλισχρότητι τὴν ὅλην διάρθρωσιν ἐργαζομένης. Ἐνίοις δὲ τῶν ἀμφὶ τὰς κοτύλας ὀφρύων περιθραυσθεισῶν, ἑτοίμη ταῖς κεφαλαῖς τῶν κώλων ἡ παράλλαξις γίγνεται, τισὶν δ᾽ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὕπτιαί τε καὶ προπετεῖς εἰσὶν, καὶ παντάπασιν ἐπιπολῆς αἱ κοτύλαι.

Ὅταν οὖν[3] διά τινα τῶν εἰρημένων αἰτίαν ἐκπέσῃ τῆς οἰκείας ἕδρας τὸ διηρθρωμένον ὀστοῦν, ἢ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος, εἰς ὃ τὴν ἔκπτωσιν ἐποιήσατο καταπεφυκυῖα τελευτὴ τοῦ μυὸς, ὡς ἂν εἰς ἑαυτὸν ὅλου συντρέχοντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν ἑλκομένου κεφαλὴν, ἀνασπᾷ τὸ συμφυὲς αὐτῷ τοῦ κώλου μόριον, ὅπερ ἐστὶν ἡ κεφαλὴ τοῦ κατὰ τὴν διάρθρωσιν ὀστοῦ, ταύτης δὲ ἀνασπωμένης συναναστᾶται καὶ τὸ σύμπαν ὀστοῦν. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ παθήματι συμβαίνει, τὴν κεφαλὴν τοῦ ταπεινοτέρου κατὰ τὴν διάρθρωσιν ὀστοῦ, ἀρχαίας θέσεως ὑψηλοτέραν γίγνεσθαι, ὥστ᾽ ἀδύνατον ἐμβαλεῖν αὐτὴν εἰς τὴν οἰκείαν ἕδραν, πρὶν κατατείνοντα τὸ σύμπαν ὀστοῦν μεταστῆσαι κάτω τοσοῦτον, ὅσον ὑψώθη παρὰ φύσιν.

Ποιησαμένους οὖν[4] τὴν ἀντίτασιν, ἐπὶ τἀναντία μέρη τῆς ἐκπτώσεως ἀπωθεῖσθαι προσήκει τὸ ἐκπεπτωκὸς ἄρθρον. Ἔνθα δ᾽ ἐμβαλλόντων, ἐξοχή τις ὀστοῦ προμήκης ἐστὶν, ὑπεραιωρήσαντας τὸ ἐμβληθησόμενον ὀστοῦν, κατατάξαι δεῖ τὸ ἄρθρον ἀπωθοῦντας εἰς τὴν πρόσω χώραν.

Σκέπτου τοίνυν[5] ἐφ᾽ ἑκάστης ἐξαρθρώσεως, ὁπόθεν μὲν ἤρξατο τῆς μεταστάσεως τὸ ἄρθρον, ὅπως δὲ προελθὸν, ὅποι τὴν τελευτὴν ἐποιήσατο, δεήσει γάρ σε τὴν μὲν τελευτὴν τῆς μεταστάσεως, ἀρχὴν τῆς ἐπανόδου ποιήσασθαι, προελθεῖν δ᾽ ἐντεῦθεν ἀνάπαλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκπτώσεως.

B.

(1) Haec duo verba λόγος μζ, codicis margini antiquitus adposita, satis indicare visa sunt, hunc septuaginta librorum magnae ORIBASII collectionis quadragesimum septimum fuisse. unde et reliquorum quos nostrae membranae servaverunt ordinem coniecimus.

(2) Quae in his e GALENO profert ORIBASIUS desumsit praecipue e commentariis in HIPPOCRATIS libros de fract s et de articulis, ea optimo consilio praetermittens quae illi minus ad rem medicam facere visa sunt. Nos edenda haec esse duximus, quamvis GALENI commentarii illi

ORIBASII

DE ARTICVLIS EXCIDENTIBVS

LIBER XLVII.

I. LXXVIII. E LIBRIS GALENI

ARTICVLI quidam suis sedibus excidunt repentinis validisque motibus expulsi, alii ob nimium humorem, qui nervos comprehendentes imbuit et infirmat, lubricamque lentore totam iuncturam facit. Nonnullis cum sinuum margines comminuti fuerint promta fit capitibus artuum prolabendi occasio, aliis resupini illi margines et deiecti, et sinus prorsus patuli ab ipso ortu sunt.

Vbi igitur ob aliquam e dictis caussis articuli os sua sede exciderit, musculi extremum illi parti adnatum in quam prorupit, cum nempe is totus in se coeat et in suum caput contrahatur, retrahit membri partem, quae ipsi coaluit, caput scilicet ossis articulum constituentis, quo capite retracto una et os totum trahitur. Atque id ubi incidit, protinus caput ossis quod in articulo inferius fuerat, supra pristinam sedem fertur, ut compelli in suum locum nequeat, priusquam tantundem totum os extensum deorsum reducatur, quantum praeter naturam sublatum fuit.

Extensum sic articulum qui exciderat, propellere decet in contrariam partem eius in quam prolapsus fuerat. Vbi vero in reponendo, extremitas ossis aliqua sit in longum protenta, sustollere os quod restituere tentamus, et dirigere articulum debemus in locum ulteriorem impellentes.

In unoquoque ergo articulo, qui excidit, perpende unde nam initium elabendi cepit, quomodo promotus est, et quo finem prolabendi fecit, oportebit enim te finem hunc restitutionis principium facere, atque inde rursum procedere ad locum unde initium excidendi fuit.

illi pene integri supersint, vulgatique sint, tum ne ulla parte ipsa ORIBASII excerpta mutilaremus, tum maxime quod hinc emendari ac restitui eorundem commentariorum loci non pauci, et qui aliunde perierant suppleri posse videantur. Capitis huius initio similia sunt quae leguntur commentario de artic. I. 6 t. V. ed Basil. p. 580. v 43. ubi eadem sibi dicta quoque fuisse memorat in commentario de fractis, quae cum ibi frustra quaesiverimus, partem fuisse suspicati sumus illius enarrationis, quae in extremo commentario tertio desideratur pag. 575. ubi HIPPOCRATIS sententiae satis poterant congruere.

(3) Comm. I. de fract. t. V. p. 525. v. ult. non sine mendis quae nunc tolli possunt Cl. VII. ed. Iunt 224 B

(4) Comm. III. de fract. t V. p 575. v. 26. cl. VII. Iunt. 250. A. ubi vulgatam scripturam, ac proinde interpretationem nonnihil mendosam esse nunc apparebit.

(5) Comm. 1. de artic. c. 7. t. v. p. 581. v. 23. Cl. VII. 252. G.

II. LXXIX. DE MAXILLA.

CONCVTERE prius, et laxare nervos et musculos oportet, deorsum trahendo maxillam, et a superiori quantum permittit abducendo, tum subito et simul exadversum sedi naturali articulus admovendus est, ibique sistendus, et illico iterum impellendus retrorsum, hominique imperandum ut os comprimat, antea enim illum aperire id oportuit, laxam maxillam praebentem, hoc est nullum musculum intendentem, hoc enim maxime confert ad nervos musculosque dimovendos, adducendamque subito maxillam perversam in naturalem positum, et in posteriorem partem compellendam. Nunc vero quando iam utrumque maxillae extremum recta adversum suam sedem est, conducit musculos temporum agentes eam totam ad se trahere, agent vero illi ubi aeger comprimere os et claudere nitatur.

Continere autem aliquis caput debet dum maxilla dimovetur, ac modice deorsum agitur, ne illam sequatur, hoc enim commune praeceptum est in omnibus positionibus, quae in partes mutuo contrarias fiunt. Quod si maxilla utroque articulo exciderit magis in exteriorem partem promovetur, quam ubi altero duntaxat, magisque a superiori osse malarum abscessisse apparet, non tamen distrahitur neque pervertitur, non inclinatum situm secundum naturam servans. Dignosces id a dentium positu ubi nempe inferiores superioribus, secantes, et canini, et molares, suis paribus respondeant.

Primo quoque tempore ea reponenda est priusquam ob intentionem musculorum cerebrum in consensum veniat. Sed reponendi modus, quem diximus ubi altera duntaxat parte excidit, non omnino idem convenire nunc MIHI videtur, tunc enim maxilla paulum in obliquum propulsa fuit, nunc aequaliter propendet, itaut satis sit concussam, et deorsum tractam, adeout extremum acuti processus infra os iugale ducatur, sic totam maxillam introrsum utrinque compellere, una iubentes hominem os claudere.

Periculo quidem non caret neque si altera duntaxat parte excidat, sed utrumque articulum prolabi duplo gravius est, cum musculos omnes maxillam continentes intendat, qui nervos a cerebro habent illudque citissime in consensum trahunt.

III. LXXX. DE SVMMO SCAPVLARVM OSSIS PROCESSV DIDVCTO.

CARTILAGINOSVM est os summum humeri, quod acromium dicunt, superiectum iuncturae iuguli, et lati scapularum ossis membranas habens enatas qui-

(1) Comm de artic. II 17. t V. p. 602. v. 12. Cl. VII. 426. C

(2) Vetus adnotator margini adscripsit Ἀντὶ τοῦ χαίνω *Dictum hoc pro* χαίνω, quasi verbum illud HIPPOCRATI usitatum χάσκω, insolentius iam vel obsoletum fuerit, quamvis utrumque eandem habeat originem χάω, idemque valeat, nempe *os aperire*, ut indicat EVSTATHIVS p. 1909. v. 54

(3) Comm II. de artic. cap. 18 t V. 602 21.

(4) Ibi v. 34. Class. VII 264. E.

(5) Ibi v. 42. cap 20 Adscriptaque hic est in margine codicis vetus adnotatio. Ὅτι εἰ μὴ θεραπευθῶσιν οἱ τοιοῦτοι, περὶ τὴν δεκάτην αὐτοὺς ΦΗΣΙΝ τελευτᾶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Quod nisi curentur hoc modo affecti circa decimum diem plerumque eos mori* DIXIT nempe HIPPOCRATES.

(6) Eiusd. comment. cap. XXI. t V 602. 47 ubi minus apte scribitur ἢ δὲ καὶ ἀμφοῖν διαχλασθῇ ἐστι χαλεπωτέρα quod VIDIVS vertit *aegrius restituitur*. Sed rei convenientius nostrae membranae habent διαχλασθέν χαλεπωτέρα, sequentia enim ostendunt GALENI sententiam fuisse, alterum casum, quo uterque maxillae articulus loco motus est suo, maius duplo periculum habere.

(7) Comment de artic I. 62. t V. p. 594 v. 45 cl. VII 260 C Quod GALENVS hic, et de usu partium libro XIII. cap. XI. sine ulla haesitatione comminiscitur ter-

Προδιακινῆσαι [1] καὶ προμαλάξαι δεῖ τὰ νεῦρα καὶ τοὺς μῦας, ἕλκοντα κάτω τὴν γένυν, ἀπάγοντα δὲ καθόσον ἐνδέχεται τῆς ἄνω, προσήκει παράγειν τε ἐξαίφνης καὶ ἀθρόως εἰς τὸ κατ' εὐθὺ τῆς κατὰ φύσιν χώρας τὸ ἄρθρον, ἐν τούτῳ τε καταστήσαντα, παραχρῆμα πάλιν ὠθεῖν εἰς τοὐπίσω, κελεύσαντα τῷ πάσχοντι συναγάγειν τὸ στόμα, πρότερον μὲν γὰρ αὐτὸν χάσκειν [2] δεῖ, χαλαρὰν παρέχοντα τὴν γένυν, ὅπερ ἐστὶν μηδένα τῶν μυῶν τείναντα. Τοῦτο γὰρ δὴ συμφορώτατον, εἴς τε τὸ διακινῆσαι τὰ νεῦρα καὶ τοὺς μῦς, ἐξαίφνης τε παράγειν ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τὴν παρεστραμμένην γένυν, ἀπώσασθαί τε πρὸς τοὐπίσω. Νυνὶ δ' ὅταν ἤδη κατ' εὐθὺ τῶν ἰδίων χωρῶν ἑκάτερον τῶν ἄκρων τῆς γένυος γένηται, συμφέρει τοὺς κροταφίτας ἐνεργήσαντας ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτοὺς ὅλην αὐτήν. Ἐνεργήσουσι δὲ προθυμηθέντος τοῦ κάμνοντος συναγαγεῖν τε καὶ κλεῖσαι τὸ στόμα.

Προσκατέχειν [3] δέ τινα τὴν κεφαλὴν ἐν τῷ διακινεῖν τὴν γένυν, ἀπάγειν τε μετρίως εἰς τὸ κάτω δεῖ, χάριν τοῦ μὴ συνακολουθεῖν αὐτὴν τῇ κάτω γένυι, τοῦτο δὲ κοινὸν ἐπὶ πασῶν ἀντιθέσεων ἐστὶν τὸ παράγγελμα. Ἐὰν δὲ [4] κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαρθρώσεις ἡ ἔκπτωσις γένηται, μᾶλλον μὲν εἰς τὸ πρόσω χωρεῖ νῦν ἡ κάτω γένυς, ἤπερ ὅτε κατὰ θάτερον μέρος ἐκπεπτώκει, καὶ πλέον ἀφεστηκυῖα φαίνεται τῆς ἄνω γένυος, οὐ μὴν παρεσπᾶταί γε, οὐδὲ διεστρέφεται φυλάσσουσα τὸ κατὰ φύσιν ἀδιάστροφον. Διαγνώσῃ δὲ τῇ τῶν ὀδόντων εὐθυωρίᾳ, τουτ' ἐστὶν ὅταν οἱ κάτω τοῖς ἄνω κέωνται κατ' εὐθὺ, τομεῖς μὲν τομεῦσιν, κυνόδοντες δὲ κυνοδοῦσιν, μύλαι δὲ ταῖς μύλαις.

Τάχιστα δ' ἐμβαλεῖν [5] συμφέρει, πρὶν διὰ τὴν τῶν μυῶν τάσιν εἰς συμπάθειαν ἀφίκεσθαι τὸν ἐγκέφαλον. Ὁ δὲ τρόπος ἐμβολῆς, ὃν ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ἐξαρθρήσεως εἴπομεν, οὐ κατὰ πᾶν ὁ αὐτὸς ΜΟΙ δοκεῖ νῦν γίγνεσθαι προσήκειν, τότε μὲν γὰρ εἰς τὸ πλάγιον ἡ γένυς ἀτρέμα παρῆκτο, νυνὶ δὲ ἰσόῤῥοπός ἐστιν, ὥστ' αὐτάρκως διακινήσαντα, καὶ πρὸς τὰ κάτω τὸ ὀστοῦν ἑλκύσαντα, χάριν τοῦ τὸ πέρας τῆς κορώνης κατωτέρω γενέσθαι τοῦ ζεύγματος, οὕτως ἤδη πρὸς τὴν ἔσω χώραν ὠθεῖν ἑκατέρωθεν ὅλην τὴν γένυν, ἅμα τῷ κελεῦσαι τῷ κάμνοντι κλείειν τὸ στόμα.

Οὐκ ἀκίνδυνος [6] μὲν οὖν οὐδὲ ἡ κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ἐξάρθρησις, ἡ δὲ κατ' ἄμφω διπλασίως χαλεπωτέρα, πάντας τοὺς ἀνέχοντας τὴν κάτω γένυν ἐντείνουσα μῦας, ἔχοντας ἀπὸ ἐγκεφάλου τὰ νεῦρα, καὶ τάχιστα εἰς συμπάθειαν ἄγοντας αὐτόν.

Γ. ῑ. ΠΕΡΙ ἈΚΡΩΜΙΟΥ ἈΠΟΣΠΑΣΘΕΝΤΟΣ.

Χονδρῶδες ἐστὶν [7] ὀστοῦν τὸ ἀκρώμιον, ἐπικείμενον τῇ ξυζεύξει τῆς κλειδὸς καὶ τῆς ὠμοπλάτης, ὑμένας ἐκπεφυκότας ἔχον, οἷς συνδεῖται

τὰ

tertium os superpositum iuncturae iuguli, et scapulae, id libello de ossibus cap. XIV. ex aliorum dumtaxat auctoritate memorat, quasi et ipse dubitaverit an re vera existat. Sed cum nullum huiusmodi os ibi esse ostenderit vulgatissima nobis ars incidendi corpora mortuorum hominum, quod illi, et plerisque veterum sapientum nefas fuisse videtur, sequitur ut antea deceptum ab EVDEMO credamus, antiquissimo illo fortasse Chio, quem THEOPHRASTVS laudat, cuius figmentum refert RVFVS *ossiculum exiguum ἀκρώμιον magis quod ἀκρώμιον esse dixit*. Verborum vis prohibet ne hoc de cartilagine intelligamus, qua tegitur extrema appendix spinae scapulae, seu processus eius superior, summus humerus dictus, et ἀκρώμιον, quo iugulo iungitur, vel de exili quadam alia cartilagine, quae in ea commissura aliquando intercedit, neque hoc fert ipsius HIPPOCRATIS sententia, si recte illum interpretari velimus. Deceptum ergo olim GALENVM cum haec scriberet, ac deinde aliquid erroris suspicatum fuisse, satius est dicere, quam excusat one minus idonea defendere, quod tamen viri doctissimi facere conati sunt, EVSTACHIVS *Oss. exam. p. 175.* atque RIOLANVS *Comment. de oss. p. 503.*

τὰ πέρατα τῶν ὀςῶν. Ἀποσπασθέντι δὲ αὐτῷ καὶ ἡ κλεὶς εἴωθεν συνέπεσθαι, καὶ διὰ τῦτο καὶ ἡ ἐπανόρθωσις γίνεται, καταναγκαζομένης εἰς τὸ κάτω τῆς κλειδὸς, ὡς ἀποτελεῖσθαι τινὰ κυκλοτερῆ κάμπην αὐτῆς ἐνταῦθα. Διὸ καὶ τοῖς νεωτέροις ἡ καταναγκασις αὕτη μᾶλλον ἐπιτυγχάνεται, ὅσῳ γὰρ ἡ ἡλικία προέρχεται, ξηρότερα ἡμῶν τὰ σώματα ἀποτελεῖται. Καθάπερ οὖν τὰ ξηρὰ ξύλα πρὸς τὰς κάμπτας ἐςὶν ὐκ ἐπιτήδεια, τὰ δ' ὑγρὰ καὶ χλωρὰ ῥαδίως πάσχει τοῦτο, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ τῶν ἔτι αὐξανομένων ζώων ὀςᾶ κάμπτεσθαι δύναται καταναγκαζόμενα, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν ᾖ χαῦνα καὶ συριγγώδη, καθάπερ καὶ ἡ κλεὶς ἐςίν.

Καὶ ἘΓΩΓ' ἐπειράθην αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ καμπτομένης αἰσθανόμενος τῆς κλειδὸς, ἔσφυζε γὰρ διὰ βάθυς, ὁπότε σφοδρῶς καταναγκάσθην τῷ βιαίῳ τῆς ἐπιδέσεως. Ὑπέμεινα δὲ τῦτο μέχρι τεσσαρακοςῆς ἡμέρας, ἐν αἷς οὕτω προσήχθη τῇ κεφαλῇ τῦ βραχίονος ἡ κλεὶς, ὥςε τὺς μὲν νῦν ὁρῶντας ἀπιςεῖν, εἰ ἀπεσπάσθη ποτὲ, τὺς δὲ ἰδόντας ὁπόταν ἀπεσπάσθη, τριῶν δακτύλων διάςημα τὸ μεταξὺ γενόμενον, ὑπερθαυμάζειν τὸ πρᾶγμα.

Ἐπὶ δὲ μειρακίων [1] καὶ μᾶλλον ἐπὶ παιδίων ἑτοιμότερον ἡ ἐπίδεσις καταναγκάζει τὸ ὀςοῦν, ἘΜΟῚ μὲν γὰρ ἔτος ἄγοντι πεμπτὸν καὶ τριακοςὸν, ὕτω παθεῖν ἐν παλαίςρᾳ συνέβη. Οὐ μὴν ἀλλ' ὐ γε τινὰ τῶν ἤδη τελείων ἠδυνήθην ὁμοίως ἰάσασθαι, διὰ τὸ μὴ φέρειν αὐτοὺς τὸ βίαιον τῆς ἐπιδέσεως. ἘΓΩ` δ' οὖν καὶ αὐτὸς ᾐσθανόμην ψυχρῦ τῦ χωρίυ πάντως, ὡς ἀναγκάζεσθαι δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἔλαιον καταντλεῖν θερμὸν, ὑποβεβλημένυ δέρματος ὅλῳ τῷ σώματι, γυμνὸς γὰρ ἐπ' αὐτοῦ κατεκείμην [2]. Ὑποκειμένης οὖν κατὰ τὸ πρὸς τῶν ποδῶν μέρος λεκάνης κενῆς, ἐσχημάτιστο κατὰ τοῦτο πρὸς ἔκρουν ἐπιτηδείως τὸ δέρμα, πάλιν τε τὸ ἀθροισθὲν ἐν τῇ λεκάνῃ, μεταβάλλοντες εἰς λέβητα κατὰ πυρὸς ἐπικείμενον ἐθέρμαινον, ἐντεῦθεν τε λαμβάνοντες ἀπήντλουν τῷ πεπονθότι χωρίῳ παντί. Καὶ εἰ βραχύ ποτε διέλιπον ᾐσθανόμην τάσεως εὐθέως τῶν κατὰ τὸν τράχηλον μυῶν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι σπασμὸς ἀκολουθήσει ῥαθυμησάντων περὶ τὴν κατάντλησιν.

Οἱ πολλοὶ [3] δ' αἱροῦντο τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐκ τοῦ πάθους ἔχειν δυσχέρειαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ πονῆσαι μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Οὐ γὰρ ἡγοῦμαι θᾶττον δύνασθαι τῶν τοσούτων ἀκριβῶς καμφθῆναι τὸ τῆς κλειδὸς ὀςοῦν.

Δ. πα. ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ΚΑΤ' Ὦ͂ΜΟΝ ἘΞΑΡΘΡΗΜΆΤΩΝ.

Ἐπὶ τῶν τῦ βραχίονος [4] ἐξαρθρημάτων μέγιςόν τε καὶ ῥᾷςον εἰς διάγνωσίν ἐςιν, ὄγκος ςρογγύλος καὶ σκληρὸς ἐν τῇ μασχάλῃ φαινόμενος, ὐ γὰρ ἐνδέχεται γενέσθαι τῦτο, χωρὶς τῦ τὴν κεφαλὴν τῦ βραχίονος ἐκπεσῦσαν τῆς διαρθρώσεως, εἰς τὸ τῆς μασχάλης ἐνεχθῆναι χωρίον, ὡς' εἰ καὶ μόνῳ τις τούτῳ τῷ σημείῳ πιςεύσειεν, ὐκ ἂν ἅμαρτοι, καὶ μέντοι καὶ ῥᾴςην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Ἐνθεῖναι γὰρ χρὴ μόνον εἰς τὴν μασχάλην τὺς δακτύλυς ὡς ψαῦσαι τὴν ἐξοχὴν, καὶ φαίνηται σαφῶς ἡ κεφαλὴ τῦ βραχίονος ἐνταῦθα.

Πυκνῶς

(1) Tom. V. p. 595. v. 1.

(2) Vetus adnotatio margini adscripta Φησὶ γὰρ ἔτι συνέβη τοιαῦτα εἶναι τὰ ὑπὸ αὐτὸν καύματα, καὶ διὰ τοῦτο γυμνὸς κατέκειτο. *Dicit enim accidisse, ut tunc esset aestus ca-*

quibus extrema ossium colligantur. Eo recedente iugulum una sequi consuevit, quapropter et restitutio fit iugulo deorsum adacto, ut eius flexio quaedam ibi incurva fiat. Idcirco iunioribus hoc felicius succedit, quo longius enim progreditur aetas, eo sicciora nobis corpora fiunt. Quemadmodum igitur arida ligna minus flexibilia sunt, humida vero et viridia facile curvari patiuntur, sic animalium adhuc crescentium ossa vi flecti possunt, ac multo magis ubi rara sunt et fistulosa, sicut et iugulum est.

Et EGO expertus id in me ipso sum iugulum incurvari sentiens, introrsum enim alte pulsabat, quum valida vinctura vehementer comprimerer. Pertuli vero hoc diebus quadraginta, quibus ita iugulum ad humeri caput adductum fuit, ut qui nunc intuentur non credant unquam recessisse, quique viderunt trium digitorum intervallum factum fuisse tunc quum recessit, rem maxime admirentur.

In adolescentibus vero, magisque in pueris, os vinctura compellitur, MIHI enim annum quintum et trigesimum agenti id pati in palaestra accidit. Sed nulli tamen ex iam aetate provectis, eodem modo potui medicari, quod vincturae vim minime ferrent. Verum et EGO quoque locum omnino frigidum sentiebam, ut cogerer interdiu noctuque perpetuo oleum calidum perfundere, toti corpori pelle subiecta, nudus enim in ea iacebam. Supposita igitur ad pedes vacua pelvi, ibi commode pellis ad effluvium aptabatur, et quod in pelvi collectum fuerat iterum in lebetem infundentes, cui ignis suberat, calefaciebant, atque inde sumentes affectum locum totum perfundebant. Quod si vel modicum aliquando intermitterent, sentiebam continuo musculos ad collum distendi, sic ut aperte constaret, nervorum distentionem secuturam esse cessantibus iis, qui perfusionem curabant.

Sed plerique malebant in posterum ex malo habere molestiam, quam ad quadraginta dies dolere, non enim hoc spatio citius existimo iuguli os apte posse incurvari.

IV. LXXXI. DE HVMERO EXCIDENTE

VBI humerus excidit, maxima ac facillima ad dignoscendum nota est, tumor orbiculatus ac durus in ala apparens, id enim accidere non potest quin humeri caput ab articulo delapsum in alae locum impellatur, adeout si quis vel huic uni notae crediderit, non aberrabit, atque etiam facillimum dignoscendi modum praebet, digitos enim in alam immittere tantummodo opus est, ut eminentia tangatur, ibique humeri caput se prodit.

Fre-

caniculae, ideoque nudus iacebat. Verba GALENI hic praetermissa ab ORIBASIO sunt Ὡς ἂν καὶ τῶν ὑπὸ κύνα καυμάτων ὄντων p. 595. v. 5.

(3) Pag. 595. v. 34.

(4) Fuerunt et haec fortasse depromta ab extremo commentario III. de fractis, qua enarratio deficit.

τὰ πέρατα τῶν ὀςῶν. Ἀποσπασθέντι δὲ αὐτῷ καὶ ἡ κλεὶς εἴωθεν συνέπεσθαι, καὶ διὰ τῦτο καὶ ἡ ἐπανόρθωσις γίνεται, καταναγκαζομένης εἰς τὸ κάτω τῆς κλειδὸς, ὡς ἀποτελεῖσθαι τινὰ κυκλοτερῆ κάμπην αὐτῆς ἐνταῦθα. Διὸ καὶ τοῖς νεωτέροις ἡ καταναγκασις αὕτη μᾶλλον ἐπιτυγχάνεται, ὅσῳ γὰρ ἡ ἡλικία προέρχεται, ξηρότερα ἡμῶν τὰ σώματα ἀποτελεῖται. Καθάπερ οὖν τὰ ξηρὰ ξύλα πρὸς τὰς κάμπας ἐςὶν ὐκ ἐπιτήδεια, τὰ δ' ὑγρὰ καὶ χλωρὰ ῥαδίως πάσχει τοῦτο, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ τῶν ἔτι αὐξανομένων ζώων ὀςᾶ κάμπτεσθαι δύναται καταναγκαζόμενα, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν ᾖ χαῦνα καὶ σηραγγώδη, καθάπερ καὶ ἡ κλεὶς ἐςίν.

Καὶ ΕΓΩΓ' ἐπειράθην αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ καμπτομένης αἰσθανόμενος τῆς κλειδὸς, ἔσφυζε γὰρ διὰ βάθους, ὁπότε σφοδρῶς καταναγκάσθην τῷ βιαίῳ τῆς ἐπιδέσεως. Ὑπέμεινα δὲ τῦτο μέχρι τεσσαρακοςῆς ἡμέρας, ἐν αἷς οὕτω προσήχθη τῇ κεφαλῇ τῦ βραχίονος ἡ κλεὶς, ὥςε τὺς μὲν νῦν ὁρῶντας ἀπιςεῖν, εἰ ἀπεσπάσθη ποτὲ, τὺς δὲ ἰδόντας ὁπόταν ἀπεσπάσθη, τριῶν δακτύλων διάςημα τὸ μεταξὺ γενόμενον, ὑπερθαυμάζειν τὸ πρᾶγμα.

Ἐπὶ δὲ μειρακίων [1] καὶ μᾶλλον ἐπὶ παιδίων ἑτοιμότερον ἡ ἐπίδεσις καταναγκάζει τὸ ὀςοῦν, ἘΜΟΙ μὲν γὰρ ἔτος ἄγοντι πεμπτὸν καὶ τριακοςὸν, ὅτω παθεῖν ἐν παλαίςρᾳ συνέβη. Οὐ μὴν ἀλλ' ὖ γε τινὰ τῶν ἤδη τελείων ἠδυνήθην ὁμοίως ἰάσασθαι, διὰ τὸ μὴ φέρειν αὐτοὺς τὸ βίαιον τῆς ἐπιδέσεως. ἘΓΩ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ᾐσθανόμην ψυχρῦ τῦ χωρίυ πάντως, ὡς ἀναγκάζεσθαι δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἔλαιον καταντλεῖν θερμὸν, ὑποβεβλημένυ δέρματος ὅλῳ τῷ σώματι, γυμνὸς γὰρ ἐπ' αὐτοῦ κατεκείμην [2]. Ὑποκειμένης οὖν κατὰ τὸ πρὸς τῶν ποδῶν μέρος λεκάνης κενῆς, ἐσχημάτιστο κατὰ τοῦτο πρὸς ἔκρουν ἐπιτηδείως τὸ δέρμα, πάλιν τε τὸ ἀθροισθὲν ἐν τῇ λεκάνῃ, μεταβάλλοντες εἰς λέβητα κατὰ πυρὸς ἐπικείμενον ἐθέρμαινον, ἐντεῦθεν τε λαμβάνοντες ἀπήντλουν τῷ πεπονθότι χωρίῳ παντί. Καὶ εἰ βραχύ ποτε διέλιπον ᾐσθανόμην τάσεως εὐθέως τῶν κατὰ τὸν τράχηλον μυῶν, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι σπασμὸς ἀκολουθήσει ῥαθυμησάντων περὶ τὴν κατάντλησιν.

Οἱ πολλοὶ [3] δ' αἱροῦντο τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐκ τοῦ πάθους ἔχειν δυσχέρειαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ πονῆσαι μέχρι τεσσαράκονθ' ἡμερῶν. Οὐ γὰρ ἡγοῦμαι θᾶττον δύνασθαι τῶν τοσούτων ἀκριβῶς καμφθῆναι τὸ τῆς κλειδὸς ὀςοῦν.

Δ. πα. ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ΚΑΤ' Ὥ͂ΜΟΝ ἘΞΑΡΘΡΗΜΆΤΩΝ.

Ἐπὶ τῶν τῦ βραχίονος [4] ἐξαρθρημάτων μέγιςόν τε καὶ ῥᾶςον εἰς διάγνωσίν ἐςιν, ὄγκος ςρογγύλος καὶ σκληρὸς ἐν τῇ μασχάλῃ φαινόμενος, ὐ γὰρ ἐνδέχεται γενέσθαι τῦτο, χωρὶς τῦ τὴν κεφαλὴν τῦ βραχίονος ἐκπεσῦσαν τῆς διαρθρώσεως, εἰς τὸ τῆς μασχάλης ἐνεχθῆναι χωρίον, ὡς' εἰ καὶ μόνῳ τις τούτῳ τῷ σημείῳ πιςεύσειεν, ὐκ ἂν ἁμάρτοι, καὶ μέντοι καὶ ῥᾴςην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Ἐνθεῖναι γὰρ χρὴ μόνον εἰς τὴν μασχάλην τὺς δακτύλυς ὡς ψαῦσαι τὴν ἐξοχὴν, καὶ φαίνηται σαφῶς ἡ κεφαλὴ τῦ βραχίονος ἐνταῦθα.

Πυκνῶς

(1) Tom. V. p. 595. v. 1.

(2) Vetus adnotatio margini adscripta Φησὶ γὰρ ὅτι συνέβη τοιαῦτα εἶναι τὰ ὑπὸ κύνα καύματα, καὶ διὰ τοῦτο γυμνὸς κατέκειτο. Dicit enim accidisse, ut tunc esset aestus ca-

quibus extrema ossium colligantur. Eo recedente iugulum una sequi consuevit, quapropter et restitutio fit iugulo deorsum adacto, ut eius flexio quaedam ibi incurva fiat. Idcirco iunioribus hoc felicius succedit, quo longius enim progreditur aetas, eo sicciora nobis corpora fiunt. Quemadmodum igitur arida ligna minus flexibilia sunt, humida vero et viridia facile curvari patiuntur, sic animalium adhuc crescentium ossa vi flecti possunt, ac multo magis ubi rara sunt et fistulosa, sicut et iugulum est.

Et EGO expertus id in me ipso sum iugulum incurvari sentiens, introrsum enim alte pulsabat, quum valida vinctura vehementer comprimerer. Pertuli vero hoc diebus quadraginta, quibus ita iugulum ad humeri caput adductum fuit, ut qui nunc intuentur non credant unquam recessisse, quique viderunt trium digitorum intervallum factum fuisse tunc quum recessit, rem maxime admirentur.

In adolescentibus vero, magisque in pueris, os vinctura compellitur, MIHI enim annum quintum et trigesimum agenti id pati in palaestra accidit. Sed nulli tamen ex iam aetate provectis, eodem modo potui medicari, quod vincturae vim minime ferrent. Verum et EGO quoque locum omnino frigidum sentiebam, ut cogerer interdiu noctuque perpetuo oleum calidum perfundere, toti corpori pelle subiecta, nudus enim in ea iacebam. Supposita igitur ad pedes vacua pelvi, ibi commode pellis ad effluvium aptabatur, et quod in pelvi collectum fuerat iterum in lebetem infundentes, cui ignis suberat, calefaciebant, atque inde sumentes affectum locum totum perfundebant. Quod si vel modicum aliquando intermitterent, sentiebam continuo musculos ad collum distendi, sic ut aperte constaret, nervorum distentionem secuturam esse cessantibus iis, qui perfusionem curabant.

Sed plerique malebant in posterum ex malo habere molestiam, quam ad quadraginta dies dolere, non enim hoc spatio citius existimo iuguli os apte posse incurvari.

IV. LXXXI. DE HVMERO EXCIDENTE

VBI humerus excidit, maxima ac facillima ad dignoscendum nota est, tumor orbiculatus ac durus in ala apparens, id enim accidere non potest quin humeri caput ab articulo delapsum in alae locum impellatur, adeout si quis vel huic uni notae crediderit, non aberrabit, atque etiam facillimum dignoscendi modum praebet, digitos enim in alam immittere tantummodo opus est, ut eminentia tangatur, ibique humeri caput se prodit.

Fre-

caniculas, ideoque nudus iacebat. Verba GALENI hic praetermissa ab ORIBASIO sunt Ὡς ἂν καὶ τῶν ὑπὸ κύνα καυμάτων ὄντων p. 595. v. 5.

(3) Pag. 595. v. 24.

(4) Fuerunt et haec fortasse depromta ab extremo commentario III. de fractis, qua enarratio deficit.

Frequenter vero hic articulus excidit levi occaſione, vel ob cavum minime profundum, et in ſuperciliis depreſſum, vel ob humorem partium articulo circumiacentium, quo laxae ſunt ac facile extenduntur. Hiſce igitur de cauſis huiusmodi articuli facile reponuntur.

Ideoque ſeorſum a medicis hoc ab ipſis aegris efficitur, alterius manus pugno in alam coniecto, articuloque ſurſum impulſo, cubitoque ad pectus adducto, qui quidem primus et facillimus reponendi humeri modus eſt.

Alter vero ubi medicus aliquis digitos manus ſub humeri caput adigit in pugnum compreſſos, non temere, ſed ab interiori parte ſic, ut humerum deorſum primum removeat, deinde ſurſum ita impellat, dirigatque ad cavum excipientem, inde enim iam et muſculi articulum circumcingentes ſubſerviunt, atque operam conferunt, humeri caput trahentes.

Reſtitutio etenim tres actus habet. Primo articulus in priorem partem impellitur, altero ſurſum, tertio retrorſum. Hos quippe actus neceſſe eſt perficiat qui reponit, quocunque modo reſtitutionem aggrediatur.

Vbi igitur humeri caput ex ſua ſede in priorem partem recedens, deorſum quidem primum pondere fertur, ac deinde retrorſum ad latus a muſculis in ſe recurrentibus retrahitur, neceſſe eſt ut reditus in naturalem ſitum incipiat a poſteriori parte, tum vero in priorem partem primum, deinde ſurſum procedat, et poſteaquam recta adverſum ſuum cavum iam fuerit, e duobus alterum faciendum eſt, vel muſculis res tota committenda, vel una cum iis impellendum eſt. Vbi muſculis rem commiſeris, inferiorem locum incuſtoditum ne relinquas, ſubſtineri enim aliquantulum ibi humerum oportet, ne muſculis illum retrahere non valentibus, inferius potius ferri quam in ſuam ſedem accidat. Cum tria igitur haec itinera ſint, opiimum quidem eſt unumquodque recta linea, primum prorſum, alterum ſurſum, tertium rurſum facere.

Saepe non hoc modo ſed circumverſo humeri capite ad ſcapulae collum reponimus. Et primus quidem modus, quo vel ab ipſo laeſo homine, vel a medicis humerus digitis reponitur, huius generis eſt, qui ſuccedere ſine noxa ſolet ubi articulus nullam praelongam eminentiam habet, neque in humeri capite, quod exquiſite rotundum eſt, neque in ſuperciliis cavi illud recipientis. Quibus itaque frequenter excidit, neceſſe eſt et ipſum articulum laxum eſſe, et cavum habere brevia ſupercilia, ideoque facile ſibi articulum reponunt, qui ſic inſtructi ſunt, digitos illeſae manus in pugnum complicatos in alam coniicientes, ita ſcilicet, ut inter

ca-

(1) Comment. I. de artic c. 6. tom. V. p. 580. v. 43. (2) Pag 580. v. 50. verbis HIPPOCRATI admixta.

Πυκνῶς δὲ [1] ἐκπίπτει τὸ ἄρθρον ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν, ἤτοι διὰ τὸ τῆς κοιλότητος ἀβαθές τε ἅμα, κἂν ταῖς ὀφρύσιν ὕπτιον, ἢ διὰ τὴν ὑγρότητα τῶν περικειμένων τῇ διαρθρώσει σωμάτων, δι᾽ ἣν χαλαρά τ᾽ ἐστὶ, καὶ ῥαδίως ἐκτεινόμενα. Διὰ τοσαύτας οὖν αἰτίας καὶ ἐμβολαὶ τῶν τοιούτων ἄρθρων εἰσὶν ῥᾴδιαι.

Καὶ διὰ τοῦτο [2] χωρὶς ἰατρῶν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πασχόντων γίγνονται, τῆς ἑτέρας χειρὸς ἐντιθέντων τοὺς κονδύλους εἰς τὴν μασχάλην, ἀναγκαζόντων τε εἰς τὸ ἄνω τὸ ἄρθρον, τόν τε ἀγκῶνα παραγόντων παρὰ τὸ στῆθος. Ὁ μὲν οὖν πρῶτός τε καὶ ῥᾷστος τρόπος τῆς ἐμβολῆς οὗτός ἐστιν.

Δεύτερος δὲ ὁ τοιοῦτος, ὑποβάλλοντος ἰατροῦ τινὸς ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος τοὺς κονδύλους τῆς χειρὸς, οὐχ ἁπλῶς ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἔνδον μερῶν, ὥστε ἀποστῆσαι κάτω πρῶτον, εἶθ᾽ οὕτως εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀπώσασθαι, καὶ κατ᾽ εὐθὺ ποιῆσαι τῆς ὑποδεχομένης αὐτὸν κοιλότητος. Ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη καὶ οἱ περικείμενοι τῇ διαρθρώσει μύες ὑπηρετοῦσίν τε καὶ συμπράττουσιν ἀνασπῶντες αὐτήν.

Σύνθετος γάρ ἐστιν [3] ἐκ τριῶν ἐνεργειῶν ἡ ἐμβολή. Πρώτης μὲν καθ᾽ ἣν εἰς τὸ πρόσω τὸ ἄρθρον ἄγεται, δευτέρας δὲ καθ᾽ ἣν ἄνω, καὶ τρίτης καθ᾽ ἣν ὀπίσω. Ταύτας γὰρ ἀναγκαῖον ἐργάσασθαι τὸν ἐμβάλλοντα, δι᾽ οὗπερ ἂν ἐπιχειρεῖ τρόπου τὴν ἐμβολὴν ποιήσασθαι.

Ὅταν οὖν [4] εἰς τὴν πρόσω χώραν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἕδρας ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἀποχωρήσασα, κάτω μὲν πρῶτον ἐνεχθῇ τῷ βάρει ῥέψασα, μετὰ ταῦτα δὲ ὀπίσω πρὸς τὰς πλευρὰς, ὑπὸ τῶν μυῶν εἰς ἑαυτοὺς συντρεχόντων ἀνασπασθῇ, τὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον ἄρξασθαι μὲν ἀπὸ τῆς ὀπίσω χώρας ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἐντεῦθεν δὲ πρόσω μὲν πρῶτον, εἶτ᾽ ἄνω παραγενέσθαι. Κἄπειτ᾽ ἂν ἤδη κατ᾽ εὐθὺ τῆς κοιλότητος ᾖ, δυοῖν θάτερον, ἢ τοῖς μυσὶν ἐπιτρέψαι τὸ πᾶν, ἢ καὶ συνεπωθεῖν αὐτόν. Ὅταν δ᾽ ἐπιτρέψῃς τοῖς μυσὶν, μὴ καταλίπῃς τὴν κάτω χώραν ἀφρούρητον, ἀποκεῖσθαι γὰρ ἐπί τινος ἐνταῦθα χρὴ τὸν βραχίονα, μήπως ἠτονηκότων τῶν μυῶν ἀνασπᾶν αὐτὸν, ἐνεχθῆναι κάτω φθάσῃ, πρὶν ὑπ᾽ ἐκείνων εἰς τὴν οἰκείαν ἐνεχθῆναι χώραν. Οὐσῶν οὖν τριῶν τούτων ὁδοιποριῶν, ἄριστον μέν ἐστιν ἑκάστην ποιεῖσθαι κατ᾽ εὐθεῖαν γραμμὴν, πρώτην μὲν τὴν πρόσω, δευτέραν δὲ τὴν ἄνω, καὶ τρίτην τὴν ὀπίσω.

Πολλάκις δ᾽ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ περικυλινδουμένης τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος τῷ τῆς ὠμοπλάτης αὐχένι τὴν ἐμβολὴν ἐργαζόμεθα. Καὶ ὅγε πρῶτος τρόπος ὁ διὰ τῶν δακτύλων, ὑπό τε τοῦ πάσχοντος αὐτοῦ, καὶ τῶν ἰατρῶν γινόμενος, ἐκ τούτου τοῦ εἴδους ἐστὶν, ἐπιτυγχανόμενος ἄνευ βλάβης ἐν τῇ κατ᾽ ὦμον διαρθρώσει μηδεμίαν ἐξοχὴν ἐχούσῃ προμήκη, μήτε κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος, ἀκριβῶς γάρ ἐστιν περιφερὴς, μήτε κατὰ τὰς ὀφρύας τῆς ἐπιδεχομένης αὐτὴν κοιλότητος. Οἷς μὲν οὖν ἐκπίπτει πυκνῶς, ἀνάγκη τήν τε διάρθρωσιν εἶναι χαλαρὰν, καὶ τὴν κοιλότητα βραχείας ἔχειν τὰς ὀφρῦς, καὶ διὰ τοῦτο ῥαδίως ἐμβάλλουσιν ἑαυτοῖς τὸ ἄρθρον, οἱ οὕτως κατασκευασμένοι, τοὺς κονδύλους τῶν δακτύλων τῆς ἀπαθοῦς χειρὸς ἐπιθέντες εἰς τὴν μασχάλην, ὡς μεταξὺ δῆλον ὅτι

S τὴν

(3) Pag. 581. v. 1. (4) Pag. 581. v. 27.

τὴν ἔνθεσιν αὐτῶν γενέσθαι, τῆς τε κεφαλῆς τοῦ βραχίονος, καὶ τῶν πλευρῶν. Γίγνονται γὰρ ἀντὶ μοχλοῦ τηνικαῦτα τῆς χειρὸς οἱ δάκτυλοι, τελευτώντων μὲν εἰς ὀξὺ πέρας τῶν δακτύλων, ὥσπερ εἰς τρίγωνον κορυφὴν, [1] αὐτῇ δὲ ταύτῃ τῇ κορυφῇ παρεισερχομένων ῥᾳδίως εἰς τὴν μεταξὺ χώραν, τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος καὶ τῶν πλευρῶν, ἣν δ' ἅπαξ ὑπ' αὐτῆς εἰσδεχθῶσιν, ῥᾳδίως τῆς ἐμβολῆς γιγνομένης, διὰ τὴν ὑγρότητα πάντων τῶν κατὰ τὴν διάρθρωσιν σωμάτων. Οἱ μὲν δάκτυλοι παραδεχθέντες εὐθέως ἐν αὐτῷ τούτῳ τὸ ἄρθρον, εἰς τὸ πρόσω μέρος ἀπεστάλκασιν τῶν πλευρῶν, ὁ δ' ἀγκὼν [2] ὑπὸ τὸν ὦμον τοῦ κάμνοντος ἔσω, χάριν τοῦ κατ' εὐθὺ γενέσθαι τὸν βραχίονα τῆς ἰδίας ἕδρας. Εἴρηται γὰρ ἩΜΙ͂Ν ἤδη πολλάκις, ὡς ὅταν ἐν τούτῳ καταστῇ τὸ ἐμβαλλόμενον ἄρθρον, ἑτοίμην ἴσχει τὴν ἔμπτωσιν, εἰ μὴ καὶ συνεπωθοῖμεν ἡμεῖς, τῶν μυῶν ἐργαζομένων τὸ δέον.

Λέγει δὲ [3] καὶ ἄλλον τρόπον ἐμβολῆς ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. Χρὴ δὲ τὸν μὲν ἄνθρωπον χαμαὶ κατακλίναι ὕπτιον, τὸν δ' ἐμβάλλοντα χαμαὶ ἵζεσθαι, ἐφ' ὁπότερα ἂν τὸ ἄρθρον ἐκπεπτώκῃ, ἔπειτα λαβόμενον τῇσι χερσὶ τῇσι ἑωυτοῦ τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς, κατατείνειν αὐτὴν, τὴν δὲ πτέρναν ἐς τὴν μασχάλην ἐμβάλλοντα ἀντωθεῖν, τὴν μὲν δεξιὴν εἰς τὴν δεξιὴν, τὴν δὲ ἀριστερὴν εἰς τὴν ἀριστερήν. Δεῖ δὲ εἰς τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης ἐνθεῖναι στρογγύλον τι ἐναρμόσσον, ἐπιτηδειότατον δὲ πάνυ σμικραὶ σφαῖραι σκληραὶ, οἷαι ἐκ τῶν πολλῶν σκυτίων ῥάπτονται. [4] Ἐνίους δέ φησιν καὶ ὑπέρῳ ἀναγκάζειν.

Μᾶλλον δὲ [5] τῶν ἔμπροσθεν ἐμβολῶν ἐπαινεῖ τὴν διὰ τοῦ κλιμακίου, καὶ ἔτι μᾶλλον ταύτης τὴν διὰ τῆς ἄμβης. Χρὴ μέντοι φησὶν καὶ ἐπὶ τῷ κλιμακτῆρι [6] ἐπιδεδέσθαι στρογγύλον τι ἄνωθεν ἐναρμόσσον εἰς τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης, ὅπως διαναγκάσῃ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος εἰς τὴν φύσιν ἀπιέναι. Ξύλον γὰρ τοιοῦτον ἐξέχον εὐθὺς ἀπαρχὴν γίγνεται κατὰ τὸ μηχανικὸν κλιμάκιον, ᾧ καὶ ἩΜΕΙ͂Σ συνήθως χρώμεθα, παραπλήσιον τῷ ξύλῳ τῷ τὴν ἄμβην ἔχοντι κατὰ τὸ πέρας. Ὅλον δὲ τὸ ξύλον οἱ ἰατροὶ προσαγορεύουσιν ἄμβην, ἐκ τῆς κατὰ τὸ πέρας ἐπικειμένης ὀφρύος ἄμβωνι παραπλησίας. Τοιαύτη δ' ἐστὶν ἡ ὀφρὺς, οἵα καὶ κατὰ τὸ τῶν λοπάδων πέρας τὸ ἄνω γίγνεται, πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐστραμμένην κοιλότητα. Ἐπιτηδειότατον δ' ἐστὶν τοῦτο τῷ παραδύναι μεταξὺ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος καὶ τῶν πλευρῶν. Καὶ μέντοι καὶ μοχλεύοντι χρησιμώτατον, ἀσφαλῶς ἐπιλαμβάνον τὴν κυρτότητα τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος.

Ὁ μὲν οὖν ἹΠΠΟΚΡΆΤΗΣ [7] εἰς μασχάλην μόνον ἑωρακέναι φησὶν ὀλισθάνοντα βραχίονα, τῶν δὲ μετ' αὐτὸν ἰατρῶν ἔνιοι καὶ ἄλλας ἐκπτώσεις ἔγραψαν, ὡς ἰδόντες αὐτοὶ, καὶ ἩΜΕΙ͂Σ δὲ μέχρι δεῦρο πεντάκις ἴδομεν. Ἐγένοντο δὲ ἐκπτώσεις ἅπασαι ἐν τῇ πρόσω χώρᾳ, διέφερον δ' ἀλλήλων ἐν τῷ πλησιέστερον ἢ πορρώτερον εἶναι τῆς διαρθρώσεως, κατά τε τὸ μῆκος τοῦ κώλου, καὶ τὸ πλάτος.

Ἡ δ' οὖν ἐμβολὴ καὶ [8] τούτων τῶν ἐξαρθρημάτων τοῖς αὐτοῖς ὑπάγεται σκόποις, ἀντιτάσει τε, καὶ μοχλείᾳ, καὶ ἀποθέσει. Προσήκει δ' οὐχ ὡς ἐπὶ τῆς εἰς

μα-

(1) Sic melius in codice quam in vulgatis libris p. 581. v. 32. ὥσπερ ἡ κοινὴ κορυφή.

(2) Adsuta haec a pag. 583. v. 39.

(3) Pag. 582. v. 36.

(4) Emendanda hinc vulgata scriptura in HIPPOCRATIS libris ἐπιτηδειότατον ΔῈ ΑἸ πάνυ σμικραὶ σφαῖραι καὶ σκληραὶ, οἷαι ΠΟΛΛΑἸ ἐκ τῶν σκυτίων ῥάπτονται, Quae sententiam minus esse planam facit.

(5)

caput humeri et costas eorum positio sit. Vectis enim vice tunc manus digiti funguntur, in acutum finem quasi in triangulum apicem desinentes, et hoc ipso apice locum inter humeri caput et costas facile subeuntes, qua ubi semel recepti fuerint prompta fit restitutio, quod omnes partes articulo adiacentes humidae sint. Digiti quidem recepti continuo eodemque momento articulum a costis in priorem partem abducunt, cubitus vero fit sub humero laesi hominis, ut ipse humerus recta adversum suam sedem sistatur, dictum enim NOBIS iam saepius est, ubi sic articulus reponendus constituitur, expeditam restitutionem habere, etsi iam nos una non impellamus, musculis quippe agentibus quod opus est.

Et aliam quoque reponendi rationem his verbis tradit HIPPOCRATES. Hominem oportet humi resupinare, reponentem vero humi sedere, qua parte articulus exciderit, deinde suis manibus prehensam laesam manum extendere, et calce in alam coniecto impellere, dextro quidem in dextram, sinistro in sinistram. Imponendum vero est in alae cavum aliquid rotundum congruens, aptissimaeque omnino sunt parvae pilae durae, quales e pluribus coriis consuuntur.

Verum prae his reponendi rationibus laudat eam quae per scalam, ac magis eam quae per spatham ligneam, cui capitulum est rotundum et leviter cavum, instituitur. Oportet autem ait et super scalae gradum quiddam globosum deligare superne conveniens alae cavo, ut caput humeri compellat in suam sedem reverti. Lignum enim huiusmodi extans protinus ab initio parvae scalae aptatur, quae instrumenti genus est, et qua NOS quoque uti consuevimus, simile lignum ei in quo summo capitulum seu umbo est, totumque lignum umbonem medici appellant, a supercilio quod illius extremo inest umbonem simulante. Huiusmodi supercilium est quale et in patinarum margine superiori, qua pars cava extrorsum spectat. Id maxime idoneum est ad subeundum inter humeri caput et costas, et impellenti quidem utilissimum, firmiter excipiens gibbum capitis humeri.

At HIPPOCRATES in alam duntaxat se vidisse ait humerum prolapsum, et medicorum qui post illum fuere nonnulli in alias quoque partes excidisse, utpote a se visum scripsere, NOS quoque ipsi quinquies adhuc vidimus. Omnibus tamen his casibus in priorem partem prolapsus fuerat, differebant vero quod vel propius vel longius humerus ab articulo distaret, per longitudinem vel latitudinem membri.

Restitutio autem et in his casibus ad eosdem fines redigitur, extendendi nempe, et impellendi, et reponendi. Non sic tamen impellere nunc decet

(5) Pag. 384. v. 8.
(6) Vetus adnotatio margini adscripta Καὶ ἐνταῦθά τι ἹΠΠΟΚΡΑΤΕΙΟΝ ῥητὸν καὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ τίθησιν, κλιμακτῆρα δὲ φησι τὸ πλάγιον ἐν τῇ κλίμακι ξύλον, ὅπερ νῦν βαθμὸν ὀνομάζομεν. *Hic quoque HIPPOCRATIS verba et enarrationem ponit. Κλιμακτῆρα vero, idest gradum, vocat transversum in scala lignum, quod nunc βαθμὸν nominamus.*
(7) Pag. 585. v. 21.
(8) Pag. 586. v. 9.

quemadmodum ubi in alam excidit. Ibi enim necesse erat os in priora primum reducere, tum sursum attollere, donec recta adversum suum cavum fuisset, nunc quoniam omnino in priori parte iuncturae est, et vel extrorsum vel introrsum incumbit, musculis infixum, adigere ipsum oportet, in contrariam musculi partem compellendo.

Sed dum hoc efficitur, periculum est ne os in inferiorem locum prolapsum, trahentibus musculis in alam feratur. Quod ne accidat contra extendendo potissimum prohibetur, nec ullatenus deterius cedit dum extenditur, si locus ad alam munitus sit, ut Smyrnae fecimus, cum humerus hoc modo excidisset, in palaestra enim cuidam accidit, brachio illi a luctante duplicato, qui modus praecipue in priorem partem expellere articulum valet.

Supino homine collocato, extendimus simili ratione, atque ubi id calce fit, ministro post caput sedere iusso, et habena alae circumdata, et aliquo antea ei subiecto, quod cavum oppleret. Nos vero ut dixi cum os a circumcingentibus musculis abduxerimus, intentione deinde remissa, musculis in se concurrentibus retrahendum reliquimus, et in suum cavum compellendum. Hoc igitur facile et illico successit, satisque fuit laesum brachium a NOBIS metipsis extendi, quemadmodum ubi calce reponitur. Alias et laqueo ad extendendum usi sumus, sed laqueum oportet esse ex iis qui aequaliter intenduntur, qualis est et duplex carchesius, et qui ex duobus adversis loris plicatur. Interdum ubi aliquandiu loco suo motus humerus fuit necesse habuimus scamno HIPPOCRATIS uti.

V. LXXXII. DE IIS QVAE IN CVBITO.

IN CVBITO si quid dimovetur curatio facilis est, oportet enim brachio porrecto humerum contra cubitum extendere, ut communis ratio fert omnis articuli reponendi, quo promtius manibus nostris impellentibus os motum obsequatur. Totum vero articulum non excidisse, indicio est si loco suo maneat posterior extans cubiti vertex. Vbi enim hic subsistit, etsi reliquus articulus aliquatenus motus fuerit, nondum tamen plane excidisse dici potest. Hoc dimoveri vocat HIPPOCRATES, inciditque processibus humeri in sinum cubiti subeuntibus, quem media imi humeri rotunditas antea obtinebat, quam trochleae similem appellant. Dignoscitur vero eo quod rugosior locus appareat a quo processus recessit, et qui contra est tumorem habeat. Vbi ergo humerus ad interiorem partem promotus fuerit, et a sinu cubiti recesserit, non absurde hunc excidendi modum sigmoidem nominant, quod sigmatis literae similitudinem referat.

Quemadmodum vero ad reponendum, impellere mutuo opus est utrumque hu-

(†) Pag. 169. v. 14. verba aliquot in impressis libris male praetermissa hinc suppleri possunt. Eadem et in ALDI editione desiderantur, quem tamen defectum stellula ibi margini adposita fortasse indicare voluit. Integriori usus exemplari ma-

μασχάλην ἐκπτώσεως, οὕτως καὶ νῦν μοχλεύειν, ἐπ' ἐκείνης μὲν γὰρ ἔδει πρόσω πρῶτον, εἶτ' ἄνω τὸ ἄρθρον ἄγειν, ἄχρι ἂν ἐπ' εὐθείας γένηται τῇ κοιλότητι. Νῦν δ' ἐπειδὴ πάντως μὲν ἐν τοῖς πρόσω μέρεσιν τῆς διαρθρώσεώς ἐστιν, ἤτοι δ' ἐγκέκλιται πρὸς τὴν ἔξω ἢ ἔνδον χώραν, ἐσφηνωμένον ἐν τοῖς μυσὶν, ὠθεῖν αὐτὸ χρὴ, πρὸς τὴν ἐναντίαν χώραν ἐμβάλλοντα. τῶν μυῶν.

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ ἔργῳ [1] κίνδυνος εἰς τὴν κάτω χώραν ὀλισθῆσαν αὐτὸ πρὸς τῶν μυῶν ἀνασπασθὲν εἰς τὴν μασχάλην ἐνεχθῆναι. Μάλιστα μὲν οὖν ὅτε ἀντίτασις δῇ γενέσθαι τοῦτο, καὶ κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἀντίτασιν οὐδὲν χεῖρόν ἐστιν ἠσφαλεῖσθαι τὸ κατὰ τὴν μασχάλην χωρίον, ὡς ἐπράξαμεν ἐν Σμύρνῃ περὶ τὸ γενόμενον οὕτως ἐξάρθρημα, κατὰ παλαίστραν μὲν γάρ τινι συνέβη, διπλωθείσης τῆς χειρὸς ὑπὸ τοῦ συμπαλαίοντος, ὅστις μάλιστα τρόπος εἰς τὸ πρόσω δύναται μεταστῆσαι τὸ ἄρθρον.

Ὕπτιον δὲ κατακλίναντες τὸν πεπονθότα, τὴν ἀντίτασιν ἐποιησάμεθα τῇ διὰ τῆς πτέρνης παραπλησίαν, ὄπισθεν μὲν καθίσαντές τινα, περιβάλλοντες δὲ τὴν μασχάλην πλατεῖ ἱμάντι, προϋποβεβλημένου τινὸς εἰς τὸ κοῖλον ἐκπληρώματος. Αὐτοὶ δὲ ὡς ἔφην ἔξω τῶν περισφιγγόντων τὸ ἄρθρον μυῶν ἀπώσαντες, εἶτ' ἀνέντες τὴν κατάτασιν, ἐπετρέψαμεν ἀνασπασθῆναι. πρὸς τῶν μυῶν εἰς ἑαυτοὺς συντρεχόντων, ἐμβληθῆναί τε τῇ κοιλότητι. Τοῦτο μὲν οὖν εὐκόλως ἐνέπεσεν, καὶ παραχρῆμα, καὶ ἤρκεσέ γε τῆς πεπονθυίας χειρὸς ἡ κατάτασις ὑφ' ΗΜΩΝ αὐτῶν γενομένη, καθάπερ ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς πτέρνης τρόπου. Ἄλλοτε δὲ καὶ διὰ βρόχου τὴν κατάτασιν ἐποιησάμεθα. Χρὴ δὲ ἰσότονον εἶναι τὸν βρόχον, οἷός ἐστιν. ὅ τε διπλοῦς καρχήσιος, ὅ τε ἐκ δυοῖν διαντκίων. Ἄλλοτε δὲ κεχρονισμένου τοῦ ἐξαρθρήματος ἐδεήθημεν τοῦ ΙΠΠΟΚΡΑΤΕΙΟΥ βάθρου.

Ε. πϛ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΓΚΩΝΑ.

Ἡ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΓΚΩΝΑ [2] διακινημάτων θεραπεία ῥᾴστη, χρὴ γὰρ ἀποτεταμένης ὅλης τῆς χειρὸς, ἀντιτείνεσθαι τῷ πήχει τὸν βραχίονα, κατὰ τὸ κοινὸν ἁπάσης ἐμβολῆς, ὅπως ἑτοιμότερον ὑπακούσῃ ταῖς χερσὶν ἡμῶν ἀπωθούσαις τὸ παρηλλαχὸς ἄρθρον. Γνώρισμα δὲ τοῦ μὴ πᾶν τὸ ἄρθρον ἐκπεπτωκέναι, τὸ κατὰ χώραν μένειν τὴν ὄπισθεν κορώνην τοῦ πήχεος, μενούσης γὰρ ταύτης, εἰ καὶ παραλλάττοι κατά τι τὸ λοιπὸν τῆς διαρθρώσεως, οὔπω τέλειόν ἐστιν ἐξάρθρημα. Καλεῖται δὲ ὑφ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ διακινήματα τὰ τοιαῦτα, καὶ γίνεται τῶν κονδύλων τοῦ βραχίονος εἰς τὴν βαθμίδα τοῦ πήχεως ἐμβαινόντων, ἣν τέως ἡ μέση περιφέρεια κατειλήφει τοῦ κάτω πέρατος τοῦ βραχίονος, ἣν τροχιλλώδη προσαγορεύουσιν. Δῆλον δὲ ὅτι ῥυσότερον μὲν φαίνεται τὸ χωρίον, ὅθεν ἀπεχώρησεν ὁ κόνδυλος, ὄγκον δ' ἴσχει τὸ ἐναντίον. Ὅταν οὖν ὁ βραχίων πρὸς τὴν ἔσω χώραν μεταστῇ, τῆς τοῦ πήχεος κοιλότητος ἀποστὰς, εἰκότως τὸν τοιοῦτον τρόπον τοῦ ὀλισθήματος ὀνομάζουσιν. σιγμοειδῆ, διότι τῷ σίγμα στοιχείῳ προσέοικεν.

Ὥσπερ οὖν ἀντωθεῖν ἀλλήλοις προσήκει κατὰ τὴν ἐμβολὴν τό τε τοῦ βραχίονος καὶ

manuscripto VIDIVS. sententiam totam recte potuit interpretari. Ed. Iunt. Cl. VII. 256. B.

(2) Fuerunt haec fortasse a parte commentarii tertii de fractis deperdita tom. V. pag. 575. v. 32. vel potius a cap. 5. comment. II. de articulis p. 598. v. 44. ubi ἐξήγησις λείπει.

καὶ τὸ τῦ πήχεος ὀξῦν, ἵνα θᾶττον εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανέλθῃ τὸ γιγγλυμοειδὲς[1] τῦ βραχίονος, οὕτως καὶ πρὸς τὴν ἔσω χώραν ἐπιστροφὴ τοῦ πήχεως ὐ βραχύ τι συντελέσει, στρεφομένης ἤδη τηνικαῦτα τῆς σιγμοειδοῦς κοιλότητος, ἀπαντώσης τε τῷ πρὸς αὐτὴν ἀγομένῳ πέρατι τῦ βραχίονος.

Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς εἰς τὴν ἔσω χώραν γιγνομένης παραρθρήσεως ἐπιστρέφεσθαι χρὴ τὸν πῆχυν, ὡς ἐπὶ τὸ πρανὲς, ἀλλὰ κἀπὶ τῆς ἀντικειμένης αὐτῇ τῆς ἐπὶ τὸ ἔξω μέρος. Ἐμβαλλόντων γὰρ ταύτην ἐπιτήδειόν ἐστιν ὑπτίαν πως ἐπιστρέφειν τὴν χεῖρα, πρὸς τὸ καὶ νῦν ἀπαντῆσαι τὴν σιγμοειδῆ κοιλότητα, τῇ πρὸς αὐτὴν ἀγομένῃ τροχιλλώδει κοιλότητι τοῦ βραχίονος. Τὸ δὲ μεταστῆναι τὸ κατ' ἀγκῶνα πρὸς τοῦ βραχίονος, ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα, καταλιπὸν τὴν βαθμίδα τῦ πήχεως, ὀλιγάκις εἴωθεν συμβαίνειν, οὐχ ὥσπερ τὰ πρόσθεν εἰρημένα πολλάκις, ἐφ' ὧν εἴπομεν φυλάττεσθαι τὴν ὀπίσω διάρθρωσιν. Ἀλλ' ἐν οἷς τελέως ὑπερέβη τὸ τῦ πήχεως ὀστοῦν ὁ βραχίων, ὡς ἐκ πλαγίων αὐτῷ παρακεῖσθαι κατὰ τὴν ἔξω χώραν, τὴν κατάτασιν ὐ χρὴ ποιεῖσθαι τῆς ὅλης χειρὸς ἐκτεταμένης, ἀλλὰ κατὰ τὸ καλύμενον ἐγγώνιον σχῆμα. Δεήσει γὰρ ἐκ τῶν πλαγίων μερῶν παρακείμενον τὸν βραχίονα τῷ πήχει, μετεωρίσαι τε, καὶ ὑψηλότερον ἐργάσασθαι τῆς κατὰ τὸν πῆχυν βαθμίδος, ἐκπλαγίων γὰρ αὐτῇ παρακείμενος ὐκ ἂν ἐμβαίη πρὶν ὑπεραιωρηθῆναι.

Τῆς οὖν κατατάσεως ἡμᾶς ἀναμιμνήσκεσθαι χρὴ τῆς γεγραμμένης ἔμπροσθεν, ἡνίκα περὶ τῶν τῦ βραχίονος ἐδιδάσκομεν ἐξαρθρημάτων, ὅταν γὰρ ἐκ τῆς εἰρημένης ἀντιτάσεως ὁ βραχίων ὑψωθῇ τοσῦτον, ὡς ὑπεραιωρηθῆναι τῆς ὑποδεξομένης αὐτὸν χώρας, ἕτοιμον ἤδη καὶ ῥᾴδιόν ἐστιν καταντῆσαι τὴν διάρθρωσιν ὅλην εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ἀπωθυμένην τοῖς θέναρσιν τῶν χειρῶν.

Ἡ δὲ εἰς τὸ πρόσθεν ἔκπτωσις κατὰ τὰς ἀμέτρυς ἐκτάσεις γίνεται, καθάπερ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν ταῖς βιαίαις τε καὶ ἀθροαῖς κάμψεσιν, ἐκτεινόντων μὲν γὰρ τὴν χεῖρα συμβαίνει, τὴν ὀπίσθιον κορώνην ἐν τῇ τῦ βραχίονος ἑδράζεσθαι κοιλότητι, τῆς προσθίας ἐπιπλεῖστον ἀπισαμένης ἀπὸ τῆς οἰκείας ἑαυτῇ βαθμίδος, ὡς κινδυνεύειν ὀλίγου δεῖν ἔξαρθρον εἶναι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὸν βραχίονα. Πάλιν δ' αὖ καμπτόντων ὀλίγου δεῖν ἔξαρθρος γίνεται κατὰ τὴν ὀπίσω χώραν ὁ βραχίων, ἔμπαλιν δὲ τηνικαῦτα τὸ πρόσθιον κόρωνον τοῦ πήχεος ἀσφαλῶς στηρίζεται κατὰ τῆς προσθίας τῦ βραχίονος βαθμίδος.

